

Historia salicum iconibus illustrata / A Georgio Francisco Hoffmann.

Contributors

Hoffmann, Georg Franz, 1761-1826.

Publication/Creation

Lipsiae : Impensis Siegfried Lebrecht Crusii, 1785-1791.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/mrz6rycb>


License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>



29,130/D





R. D. Downman.

J. H. 22 21382



495
11.11





PHILOSOPHIA

NATURALIUM


SCIENTIARUM ILLUSTRATA

ADUSCULUS

1818

LEIPZIG

VERLAGS-BUCHHANDLUNG



HISTORIA
SALICVM

ICONIBVS ILLUSTRATA

A

GEORGIO FRANCISCO HOFFMANN

MED. D.

VOLUMEN PRIMVM.

LIPSIAE

IMPENSIS SIEGFRIED LEBRECHT CRVSII
MDCCLXXVII.

WILEY & SONS

NEW YORK

1898

THE HISTORY OF THE

ART



H I S T O R I A
S A L I C V M

ICONIBVS ILLVSTRATA

A

GEORGIO FRANCISCO HOFFMANN

FASCICVLVS PRIMVS.

Nectarium maximi fecit natura.

LINN.

LIPSIAE

IMPENSIS SIEGFRIED LEBRECHT CRVSII

M D C C L X X V.

AMERICAN

WALLACE

CONSTITUTIONAL

GEORGE FRANKLIN HORTON

AMERICAN

CONSTITUTIONAL

THE

AMERICAN CONSTITUTION

BY

V I R O

PERILLVSTRI AC EXCELLENTISSIMO

DN. DN.

D. CASIMIRO CHRISTOPHORO
SCHMIDELIO

SERENISS. MARGGR. BRAND. ONOLSE. ET CVLMB. A CONS. AVL. INT.

ET ARCHIATRI PRIMAR. COLL. MED. ONOLDIN. PRAESIDIS

REL.

ACAD. IMP. NATVR. CVR. ADIVNCTI SOC. BOTAN.

FLORENT. ET SCIENT. HARLEMENS.

SODAL.

QVI IPSE HOC OPVSCVLVM RARIORIBVS SALICIBVS

CONDECORAVIT

IN DOCUMENTVM OBSERVANTIAE

ET GRATITVDINIS SVAE

D. D. D.

GEORGIVS FRANCISCVS HOFFMANN.

V I N O

PERILLASTRI AC EXCELLENTISSIMO

DE DR

D. CASIMIRO CHRISTOPHORO

SCHMIDTILLO

SECTIO MAGIS BRAND. ONDIA ET CALIDA A CORN. AVLI INT.

ET ARCHIDIACTI PRIMA. COLL. MEB. ONDIA. TRASSIS

ACAD. SINE. NAVEI. CIV. AVLI. SEC. POTAN.

PROVINT. ET. CIV. AVLI. SEC. POTAN.

QUALISSE. HOC. CIV. AVLI. SEC. POTAN.

CONSERVATA

IN. DOCUMENTUM. CIV. AVLI. SEC. POTAN.

ET. CIV. AVLI. SEC. POTAN.

D. N. O.

GEORGIO. FRANCISCO. HOFFMANN.

CONSPECTVS SALICVM ET TABVLARVM,
 QVAE IN PRIMO VOLVMINE CONTINENTVR.

I. SALIX monandra	—	—	—	p. 18. <i>Mar.</i> Tab. 1. fig. 1. <i>Fem.</i> — — — 2. 3 <i>amenta matura.</i> Tab. 5. fig. 1. <i>Folia.</i> Tab. 23. fig. 1.
II. SALIX viminalis.	—	—	—	p. 22. <i>Mar.</i> Tab. 2. fig. 1. <i>Fem.</i> — — — 2. <i>amenta matura.</i> Tab. 5. fig. 2. <i>Folia.</i> Tab. 21. fig. 2. a—c.
III. SALIX Caprea.	—	—	—	p. 25. <i>Mar.</i> Tab. 3. fig. 1. <i>Fem.</i> — — — 2. <i>amenta matura.</i> Tab. 5. fig. 4. <i>Folia.</i> Tab. 21. fig. 1. a—d.
IV. SALIX aurita.	—	—	—	p. 30. <i>Mar.</i> Tab. 4. fig. 1. <i>Fem.</i> — — — 2. <i>amenta matura.</i> Tab. 5. fig. 3. <i>Folia.</i> Tab. 22. fig. 1. a—d.
V. SALIX acuminata.	—	—	—	p. 39. <i>Mar.</i> Tab. 6. fig. 1. <i>Fem.</i> — — — 2. <i>Folia.</i> Tab. 22. fig. 2. e—g.
VI. SALIX alba.	—	—	—	p. 41. <i>Mar.</i> Tab. 7. fig. 1. <i>Fem.</i> — 8. — 2. <i>Folia.</i> Tab. 24. fig. 3.
VII. SALIX triandra.	—	—	—	p. 45. <i>Mar.</i> Tab. 9. fig. 1—2. <i>Fem.</i> — 10. — 3—4. <i>Folia.</i> Tab. 23. fig. 2. b—d.
VIII. SALIX vitellina	—	—	—	p. 57. <i>Mar.</i> Tab. 11. fig. 1. <i>Fem.</i> — 12. — 2—3. <i>Folia.</i> Tab. 24. fig. 1.
IX. SALIX fissa	—	—	—	p. 61. <i>Mar.</i> Tab. 13. fig. 1. <i>Fem.</i> — 14. — 3—4. <i>Folia.</i> Tab. 13. fig. 2.
X. SALIX depressa.	—	—	—	p. 63. <i>Mar.</i> Tab. 15. fig. 1. <i>Fem.</i> — 16. — 3—4. <i>Folia.</i> Tab. 15. fig. 2.
XI. SALIX myrsinites.	—	—	—	p. 71. <i>Mar.</i> Tab. 17. fig. 1—2. <i>Fem.</i> — 18. — 1—2. <i>Amenta matura.</i> Tab. 19. <i>Folia.</i> Tab. 24. fig. 2.
XII. SALIX herbacea.	—	—	—	p. 74. <i>Mar.</i> Tab. 20. fig. 3. <i>Fem.</i> — — — 1—2. <i>matura capsula.</i> — 4.

 ADDENDA ET EMENDANDA:

- Pag. 1. Stigmata duo bi-quadrifida, lege, stigmata duo (quatuor indiuisa) bifida, et anthera quadri-octolocularis, lege, anthera bi-quadrilocularis, loculamentis bifidis, fuscatis.
- Pag. 18. Salix monandra, helix, adde β purpurascens, δ capite squamoso. *Chlor. Lugd.* p. 29. adde Roedwiar. *Succis.* virgae tenacissimae, quibus tecta straminea ligantur ultra seculum duratura in Scania. Sepes e frutice praestantissimae fiunt. *Fl. Succ.* 834.
- Pag. 22. Salix viminalis, adde, β angustifolia. *Chlor. Lugd.* 29.
- Pag. 26. goutt, lege, great round-leaved.
- Pag. 28. var. 1. adde, *Fl. lapp.* 3. 61. *Tab.* 8. *Fig.* n.
- Pag. 29. lignum laeve, lege, lignum leve, molle ad arculas, thecas, manubria securum, ligno etiam cultri mensarii acuuntur et poliuntur. RAI. Frondes pro vitulis paruis Elfsiverme!. Decoctum in cardialgia sputatoria Lappon. vitatum. Cortex coriarius etc. *Fl. Succ.*
- Pag. 44. *body of plaining by Hamburg*, lege, *plonting by Hanbury*.
- Pag. 45. fugit, lege, fugat, et cicata, lege, cicada.
- Pag. 46. thining, lege, fhining, et saule de feuilles, lege, a feuilles d'amandier.
- Pag. 57. Salix vitellina, adde, var. β rubescens. *Chlor. Lugd.* p. 29.
- Pag. 64. Sal. depressa, adde, ex autoritate cel. EHRHART huc spectant, salix incubacea WEB. *spicil.* salix fusca. LINN. *amoen.* v. 3. p. 428. salix procumbens foliis ovato-lanceolatis, subtus sericeis. HALL. *Gott.* p. 8. salix turfacea. MÜNCHH. *Hansv.* v. 5. p. 305. salix rosmarinifolia. MURRAY *Prodr.* p. 78. salix arenaria SCHOLLER. flor. n. 791. etc.
- Pag. 66. potius sal. herbaceam, lege potius sal. myrtilloidem.
-

*S*i nulla alia mihi commemoranda esset causa, cur **TIBI VIR**
PERILLVSTRIS hoc opusculum offerrem, quam ut **TVO** ipso
nomine commendaretur et posthaec **TVAE** esset tutelae, nemo certe
foret, cui non iusta et grauis videretur; sed illud grauius esse censebam,
obseruantiam erga **TE** meam publice testatam ut facerem, et ostende-
rem, in eo me verissime laborare, ut ea, qua me dignatus es, benenolen-
tiae **TVAE** significatione non indignus videri possem. Suscipe igitur

qualecunque hoc grati saltem animi testimonium, ea non solum, qua
me, sed iam Patrem meum amplexus es humanitate, meque in favore
TVO quam diutissime acquiescere permitte. Scripsi Erlangae, Mens.

Febr. MDCCCLXXXV.

PRAE-

P R A E F A T I O.

Quemadmodum rei herbariae maximo semper fuit et augmento, et emolumento, clarissimorum virorum industria novas ac ignotas plantas cognitatas et descriptas habere; ita etiam ad perficiendam et subleuandam eam non parum contulit, si in re botanica exercitatissimi ac longe celeberrimi viri in singulares vegetabilium classes, familias aut genera, neque de nouitate, sed potius de accurata ac certa eorum cognitione solliciti, studium conferrent suum. Quorum negotium in iis praesertim generibus, quae plures subiectas comprehendunt species, saepe ita difficiles et incertas, ut etiam exercitatissimi botanici operam frustrari possint, maxime sentitur. Quae quum ita sint, aliquam apud rei herbariae cultores me initurum gratiam sperabam, si genus Salicum, cui tertium locum

cum in aestimatione ruris CATO attribuit *), prioremque quam oliuetis, quamque frumento, aut pratis **), paene neglectum a botanicis, et multa adhuc cognitionis obscuritate inuolutum, de nouo monente id ipsum b. a LINNE ***), non solum secundum partes a plerisque in descriptione specierum omittas, gemmam, foliationem, nectarium etc. describerem, sed etiam iconibus omni cura ad naturae typum adumbratis illustrarem. Quod ut eo melius fieret, primum omnem curam in eo posui, ut marem suae verae respondentis feminae adfociarem, dein varietates a veris speciebus, quarum aliquas nouas constitui, aliquas amplius definitas atque expeditas reddidi, probe discernere; id quod in hoc genere omnino necessarium, ubi tanta ramorum, amentorum et foliorum varietas et etiam formae, vel (ut cum botanicis loquar) habitus mutatio, ut nisi difficillime intermediae stirpes, quae per omnes gradus ad veras species magis minusue vel accedunt, vel recedunt, ab iis distingui possint. Siquidem in hoc labore etiam virorum de re herbaria optime meritorum obseruationibus usus sum, sed paucis, potius amplissimam eorum specierum cognitionem admiratus sum, quam definita satis et absoluta descriptione in cognoscendis iis adiutus. Iam summus botanicorum b. a LINNE de
falicum

*) *De re rustica, Cap. 6.*

***) PLIN. *Hist. nat. L. 16. S. 69. Ed. HARD. T. II. p. 30.*

***) *Syst. Pl. 4. p. 234.*

falicum familia sic conqueritur: quae si vlla in Botanicis obscura, haec sane maxime; descriptiones enim haud sufficientes sunt, figurae malae, differentiae exiguae, varietates plures, vt omnes haecenus editi in Re herbaria libri non satisfaciant nostro scopo *).

Optimum itaque duxi, eas non solum verbis, sed etiam penicillo describere. Icones pleraeque ramulos florentes vtriusque sexus naturali ostendunt magnitudine, in quibusdam appositis foliis, vel amentis femineis maturefcentiae tempore depromptis, in aliis, ob spatii angustiam et deformitatem tabulae, quae exorta esset, omisiss. Species, quas non ipse recentes colligere et adumbrare licuit, non ad eum perfectionis gradum, vt optassem, euehere potui, minutas praesertim fructificationis particulas, quas vbi recentes flores inquirendi occasio fuerit, sollicitate naturali et ad lentem vitream aucta magnitudine delineavi.

Nunc pauca de ordine ac modo, quo in describendo usus sum, dicenda supersunt. Generis characteres a b. LINNEO constituti et a natura confirmati, etsi aliter longe celeberrimi viri de iis sentire videantur, hinc inde emendati et figuris illustrati opusculo praefixi. In ordine autem instruendo si methodi linneanae, a foliorum integritate, vel eorum hirsutiae aut glabritiae, vel ab inflorescen-

*) Fl. lapp. p. 280.

florescentiae modo desumpto, ductum sequi voluissim, multis me statim implicassim difficultatibus, quum species varias a me adhuc desideratas, non suo loco inferere potuissim. Volui itaque potius nullum feligere, quam incompletum et mancum relinquere. Attamen ad finem perducto opusculo tabula peculiaris omnium descriptarum salicum folia, fere vt in Fl. Lapponica, depicta et methodo Linneana collocata sistet. Synonyma ea adduxi, quae, vt ex ampliori descriptione, vel alio modo coniecturare licebat, in eandem speciem magis quadrare viderentur. Vsum denique medicum vel oeconomicum, et alia notatu digniora breuissimis tantum verbis in obseruationibus annotaui. Quatenam vero de iis in antiquorum monumentis reperiuntur, quaeque praesertim species iis cognitae fuere, in fine opusculi, quantum fieri poterit, explicandi animus est.

EXPLICATIO TABVLARVM

HVIVS FASCICVLLI.

De figuris omnibus id quidem notatu necessarium, hoc signo (o) earum per
lentem factam amplificationem designari.

TABVLA I.

SALIX MONANDRA:

Fig. 1. *Mar.* Ramulus cum amentis partim explicatis, partim efflorescentibus depictus.

- a. *Valvula* gemmae amentaceae, cum amento masculino nondum explicato.
- b. *Valvula* gemmae foliaceae.
- c. *Valvula* gemmae amentaceae alia, quae amento nunc maiori et superius efflorescente, reclinatur, ut interior eius concava pars conspici possit.
- d. *Foliatio* seu foliorum situs intra valuulam, quae hic transuerse ramulo adplicatur.
- e. *Tubercula*, quae basi valuularum locata et varia saepe figura adparent.
- f. *Pedunculus* amentorum cum foliolis, quae hic amenta cingunt.
- g. *Squamae* ab initio imbricatae.
- h. *Squamae* exemptae et partim lente vitrea auctae, a latero
- i. ab anteriori,
- k. a posteriori facie depictae.
- l. *filamentum* flaminis, basi pilosum.

m. *Anthera*

- m. *Anthera* tetradyma a latere,
 n. a superiori lente visa;
 o. saepe diuisa, vt quasi ex duabus conflata videatur, etiam aucta.
 p. *Nectarium* vel conicum, vel cylindricum apice crassius.

Fig. 2. *Femina*. Partes tantum sexus hic depictae, habitu, nisi excipias amentorum magnitudinem, similis est ramulo depictae varietatis.

- q. *Squama* cum germine.
 r. *Squama* absque germine.
 s. *Germen* cum
 t. *nectario*.
 u. *Stigmata* a latere et
 w. a superiori visa.

Fig. 3. Variet. *feminae*.

- x. *Gemmae* duae laterales, quae in femina priori defunt. Reliquae *literae* partes sexus vt in priori designant.

TAB. II.

SALIX VIMINALIS.

Fig. 1. *Mas.* Superiora amenta iam fere deslorata, staminibus marcescentibus, inferiora sensim euoluta depicta.

- a. *Squama* cum duobus staminibus et nectario naturali et aucta magnitudine.
- b. *Filamenta*, quae non raro longiora.
- c. *Antherae* didymae posterius planae.
- d. *Nectarium* gracile.

Fig. 2. *Femina.* In hac folioia superiora citius explicantur.

- e. *Germen*.
- f. *Stylus* longissimus.
- g. *Stigmata* duo reflexa.
- h. *Nectarium* lineare germini adplicatum.
- i. *Squama*. Omnia naturali magnitudine.

TAB. III.

SALIX CAPREA.

Fig. 1. *Mas.* Ramulus superior, fere luxurians, amenta etiam minora lateralia protrudit; frequenter magis a se distant amenta, nec ramuli ita hirsuti.

- a. *Squama* cum duobus staminibus et nectario naturali et lente vitrea aucta magnitudine.
- b. Staminum filamenta.
- c. Antherae didymae.
- d. Nectarium,
- e. superius foveola depressum.

Fig. 2. *Femina.* Amenta superiora in hoc ramulo plane explicata.

- f. *Squama.*
- g. *Germen.*
- h. Germinis *pedicellam*.
- i. *Stigmata* duo.
- k. *Nectarium* basi pedicelli sessile, naturali et aucta magnitudine.

TAB. IV.

SALIX AVRITA.

Fig. 1. *Mar.* Ramulus ex superioribus vnus, qui frequentes plura amenta gerunt, et luxuriant faepe amentis duobus, tribus in eodem pedunculo.

- a. *Squama* cum staminibus et nectario ex omni delineatae parte.
- b. *Staminum* filamenta longitudine incerta.
- c. *Antherae* subrotundae.
- d. *Nectarium* basi squamae sessile.

Fig. 2. *Femina.* Ramulus amentis pluribus (10—20) non raro occupatus.

- e. *Squama* cum germine et nectario, a latere depicta.
- f. *Germen* extra squamam ab anteriori conspectum, cum
- g. *Nectario* basi. pedicelli sessili.

TAB. V.

- Fig. 1. Ramuli superior pars *S. mouandr. fem.* cum amentis femineis et capsulis maturis, naturali magnitudine.
- a. *Capsula* adhuc integra cum stigmate persistente.
 - b. *Capsula* apice aperta et leniter reflexa cum pappo.
 - c. *Pappus* semen basi cingens.
 - d. *Semen* lineare.
- Fig. 2. Ramuli superior pars *S. vimin. fem.* cum amentis et capsulis iam ad maturitatem perductis. Superiora folia adhuc reuoluta margine et anteriora conuoluta apparent.
- a. *Capsula* integra tetragona cum stigmate coronata.
 - b. *Capsula* dehiscens, *valvulis* reuolutis et pappo prominente.
 - c. *Pappus* cum *femine*.
- Fig. 3. *S. aurit. fem.* Amenta matura, cum foliis fere explicatis depicta.
- a. *Capsula* apicibus reuolutis demum reflexis.
 - b. *Capsula* apice dehiscens et reuoluta.
 - c. *Capsula* *valvulis* reflexis.
 - d. *Pappus* cum *femine*.
- Fig. 4. *S. Caprea* cum maturò amento et superioribus nondum plane euolutis ramuli foliis.
- a. *Capsula* integra, dein dehiscens
 - b. *valvulis* reuolutis.
 - c. *Capsula* dehiscens cum feminibus pappo cinctis, auolantibus.

SALIX.

LINN. *Gen. Pl. Ed. nov. n. 1201.*

HALL. *Hist. n. 1635.* TOURNEF. *p. 590. Tab. 364.*

INVOLVCR. *Gemma* vel amentacea (*a*), vel foliacea (*b*); uniuersalis: valuula coriacea, decidua.

CAL. *Amentum* masculinum oblongum, vndique imbricatum (*c*), constans *squamis* unisfloris, oblongis, planis, patentibus (*d*).

COR. *Petala* nulla. *Nectarium* glandula baseos vel simplex (*e*), vel duplex (*f*), cylindracea, minima, truncata, mellifera apice, in centro floris.

STAM. *Filamenta* duo (1. 2. 3. 5.), recta, filiformia, calyce longiora (*g*); antherae didymae, tetradymae, quadri-octoloculares (*b*).

CAL. *Amentum* femineum vt in mare. *Squamae* vt in mare (*i*).

COR. nulla. **PIST.** *Germen* ouatum, attenuatum in stylum, saepe vix distinctum (*k*), bifidum, squamis calycinis paulo longiorem. Stigmata duo, bi-quadrifida, erecta (*l*).

PER. *Capfula* ouato-fubulata, unilocularis, bialuis (*m*): valuulis reuolutis (*n*).

SEM. numerosa oblonga (*o*), minima, cincta *Pappo* simplici, piloso, basi seffili (*p*).

1. SALIX

(*a*) Tab. I. a.

(*b*) Tab. I. b.

(*c*) Tab. I. g.

(*d*) Tab. I. h.

(*e*) Tab. I. p.

(*f*) Tab. VII. c. d.

(*g*) Tab. I. II. IX. I. b. d.

(*h*) Tab. I. n. II. c.

(*i*) Tab. I. q. III. f.

(*k*) Tab. VIII. f.

(*l*) Tab. II. g. I. w.

(*m*) Tab. V. f. I. b.

(*n*) Tab. V. f. 2. b.

(*o*) Tab. V. f. I. c.

(*p*) Tab. V. f. I. d.

SALIX MONANDRA.

Tab. I. fig. 1. 2. Tab. V. fig. 1.

Salix monandra; foliis ferratis, glabris, lineari-lanceolatis, superioribus obliquis.

Salix purpurea; foliis ferratis glabris lanceolatis: inferioribus oppositis. LINN. *Syst. Vegetab. Ed. 14. p. 879. n. 12.* *Syst. Plant. Ed. REICH. 4. p. 226. n. 11.* *Fl. Suec. 2. n. 884.* *It. Scan. p. 252.* MILL. *Dict. n. 7.* WEIG. *Fl. Pom. 622.* SCOP. *Carn. Ed. 1. p. 409. n. 4. Ed. 2. n. 1209.* POLLICH *Palat. n. 919.* LEERS *Herb. n. 751.* DOERR. *Nass. p. 270.* LIGHTF. *Fl. Scot. p. 598.* MATTVSCHK. *Enum. n. 930.* RETZ. *Prodr. Fl. Scand. n. 1087.* HVDS. *Fl. Angl. Ed. 2. p. 427.* LEYS. *Hal. Ed. 2. n. 989.*

Salix Helix; foliis ferratis glabris lanceolato-linearibus: superioribus oppositis obliquis. LINN. *Syst. Veget. Ed. 14. p. 879. n. 13.* *Syst. Pl. 4. p. 226. n. 12.* ROY. *Lugdb. 83. n. 4.* DALIE. *Paris. 299.* MILL. *Dict. n. 12.* MÜLL. *Friodr. n. 791.* NECK. *Gallob. p. 397.* DU ROI *Obs. Botan. n. 5.* EIVSD. *Harbk. 2. p. 398.* GOUAN. *Illustr. 76.* LEERS *Herb. n. 752.* DOERR. *Nass. p. 270.* POLLICH *Palat. n. 920.* LIGHTF. *Fl. Scot. p. 597.* MATTVSCHK. *Sil. n. 712.* EIVSD. *Enum. n. 931.* HVDS. *Fl. Angl. Ed. 2. p. 427.*

Salix monostemon, foliis glabris, lineari-lanceolatis, ferratis, superne coniugatis, iulis tomentosis. HALL. *Hist. n. 1640.*

Salix humilior, foliis angustis subcaeruleis, ex aduerso binis RAI. *Hist. 1421. Cant. 144.*

Salix folio longo subluteo non auriculata, viminibus rubris. RAI. *Syn. 3. 450.*

Salix vulgaris rubens. BAUH. *Pin. 473. n. 3.*

Salix humilis capitulo squamoso. BAUH. *Pin. 474. n. 11.*

Salix rubra minime fragilis folio angusto. BAUH. *Hist. 1. p. 215.*

Salix Helice THEOPHR. DALECH. *Hist. p. 279.* BAUH. *Hist. 1. 213. fig. 2.*

Salix monandra. ARDVIN. *Mem. 1. Spec. 67. Tab. 11. Fl. Lappon. Tab. 8. fig. 1?*

Gemeine rothe Weide. Rothe Band-Haarweide. Schufswaide. Zahe Weide. Heckweide. Rosenweide. Kleine niedrige Strauchweide. Braune Rosenweide. Hagenweide. GLEDITSCH *Forstw. 2. p. 4. n. 41. p. 6. n. 47.* HOECK *Gesch.*

p. 14. 18. Die Bachweide, Sandweide. Rothe Weide. *Svechow Oecon. Botan.*
p. 61. n. 6. p. 62. n. 7.

Purpurrothe Weide. Die Bachweide. *LINN. Pfl. Syst. 4. p. 553. 554.*

The purple Willow Tree. Smooth narrow - leav'd Willow. Rosewillow. The
yellow Dwarf Willow. *Angl.*

Oflor rouge des vignes. Amerine. Ambre. Petit faule à tête écailleuse. Marle
Mareeau. *Gall.*

Seu-Pül. *Dan.*

Habitat in Europa ad aggeres torrentum, ad sepes, locis humidis, in salicetis
passim.

Floret Aprili. Capsulae maturefcunt Maio.

DESCRIPTION.

FRUTEX orgyalis, vel minoris altitudinis, in parvam arborem saepe exsur-
gens; caulis glaber, cinereus, transverse rimosus; rami copiosi virgati, stricti, te-
nacissimi, glabri; inferiores longissimi, alternantes, superiores non raro oppositi,
diuergentes; rami nouelli purpurei vel corallini, maiores lutescentes vel subcinerei,
omnes splendentes quasi vernice obducti; hinc inde punctis griseis vel etiam cinna-
barinis adspersi.

GEMMA amentacea uniuersalis; valuula ex ouato oblonga, acuta, apice bifida,
angulis seu lincis duabus eleuatis, longitudinalibus, apice non confluentibus in-
strueta; externe modice conuexa, glabra, ex brunno fusca vel nigricante, etiam
purpurascens, interne concaua, venis (6—7) parallelis picta. Ad basin huius
valuulae tubercula duo, minima, ouata, per medium fulcata (Tab. I. f. i. e).

GEMMA foliacea uniuersalis: valuula saepe dimidia parte priori minore, acu-
minato-subulata, coloris fusci, margine dilutioris, ut plurimum eiusdem cum ra-
mulo, apice subbifida, supra et infra amenta, saepe ex aduerso posita. In reliquis
cum amentacea conuenit. *Foliatio* lineari-lanceolata, transuersim cauli applicata
(T. I. f. i. d), laxè imbricata, foliolis constans (6—7) linearibus, aequali *longitu-
dine*; glabris, apice et ductu medii nerui hirsutie tenui vestitis, pallide viridibus,
apice vel purpureis vel nigris.

AMENTA mascula alterna vel opposita (in iunioribus ramulis praesertim),
tomentosa, cylindræca, apice obtusa, primum recta, horizontalia, dein reflexa

vel

vel flexuosa, breuissime pedunculata: pedunculo firmo duas circiter lineas longo, tomentoso; di-triphylo: foliolis basi amentorum (non pedunculi) sessilibus, lineari-lanceolatis, oppositis, patentibus vel reflexis, apice obtusis, vel breuissime acuminatis (f), pallide viridibus, glabris, margine tenuissime pilosis, apice non raro fuscis. Amenta extrema parte vel vno latere primum, dein basi efflorescunt. *Squamae* ab initio imbricatae, dein patentibus, postremo reflexae; subrotundae vel ouatae, concauae; illae apice obtusae pilis breuibibus et raris obsitae (g), hae breuissime acuminatae (h) pilosae; ultra mediam partem nigrae, saepe rubicundae, basi albae. *Stamen* vnicum; filamentum rectum, horizontale, filiforme, satis firmum, squama sua duplo triplo longius, basi pubescens (l); anthera subrotunda, crassa, tetradyma, octolocularis (m), aurantii vel coccinei coloris, effuso polline nigra. *Pollen* lutissimum, anthera adhuc intra squamulam latente saepe explosum. *Nectarium* vnicum flauescens, conicum (p) etiam cylindricum (p), in iis praesertim amentis, vbi squamulae ouatae; obtusum, basi filamentum sessile.

Amenta feminea alterna vel opposita, cylindrica, minora masculis, vncialia, obtusa, primum erecta, dein reflexa, breuissime pedunculata: pedunculo firmo tomentoso; foliolis duobus, tribus basi sua instructa; lineari-lanceolatis, glabris, patentibus ac reflexis, apice sphaecellatis. Plerumque foliola haecce maiora, quam in masculis amentis, colore pallide viridi; cum amentis decidua. *Squamae* ouatae vel subrotundae, concauae, villosae, gemini appressae, seminigras vel rubidas, basi ex albido viridescens (q). *Germen* ouatum, subglobosum (s), sericeum, pallide viride, sessile; stylus breuissimus vel nullus; stigmata duo, bi-quadrifida, obtusa, flauicantia vel rubella, demum nigra. *Nectarium* basi squamulae sessile, eaque triplo minus; subviride vel lutescens, (stigmatibus rubellis apice etiam rubellum) inferius latiusculum, compressum, apice truncatum (n), saepe bifidum. *Capsula* (Tab. V. fig. 1. a) ouata, sericea, subcinerea, latere utroque compressa, linea media eleuata, eiusque ductu apice dehiscens (b); unilocularis, bivaluis, valvulis reflexis. *Pappus* (c) breuis, tenuis, pilis flexuosis, implexis constans. *Semina* lanceolato-ouata, subfusca, basi pappo cincta (d).

Folia ouato-vel lineari-lanceolata, anterius latiora et ferrata, posterius angustiora integerrima; superne glabra laete, inferne ex glauco viridia vel caerulea, saepe tomento fugaci obducta; tres vncias longa, vnciam anterius lata; nervus medius planus albescens, rufescens, per folii longitudinem ductus, nervuli laterales

ad angulum fere rectum ab eo excurrentes, luci obiecti transparentes rubri et pulcherrime anastomosantes; petioli glabri, breues, teretes, canaliculati caulique non raro appressi. Superiora folia saepiuscule opposita, patentia, erecta, vel obliqua; inferiora alterna. *Stipulae* nullae.

VARIET. *Tab. I. fig. 3. FEMINA.* *Rami* longissimi, cinerei, punctis nitidis, copiosis adpersi. *Gemmae* amentaceae oppositae; *gemmae* foliaceae etiam oppositae. *Gemmarum* valuulae fuscae, margine rubrae, apice bifidae, glabrae. *Amenta* frequenter opposita, cylindrica, sesquiuncialia, crassiora, tomentosa, tetraphylla: foliolis oblongis patentibus; pedunculus tres lineas longus, basi gemmis duabus, lateralibus, purpurascens, foliaceis cinctus. *Squamae* nigricantes tomentosae. *Germen* ouatum (s); stylus paulo longior; stigma simplex, truncatum, medio depresso (u), flavescens. *Nectarium* cylindricum, compressum.

Obs. Ramuli exsiccati angulosi et quasi striati fiunt. Occurrunt etiam ramuli colore cinereo viridi. Cortex interior praesertim iuniorum ramulorum apparet sulphureus vel pallide luteus; lignum est valde tenax et nitente albore; medulla albida. Tubercula basi gemmarum saepe quatuor vel plura occurrunt. Cum gemma amentacea sed rarius, gemmae foliiferae paruae (x), explicantur. Gemmae foliiferae plerumque coniugatim ramulum terminant. Amenta mascula saepiuscule foliolis quatuor cincta sunt. Folia exsiccata et intra chartam seruata facile nigrescunt.

In hac salice frequenter obseruantur Rosae sic dictae salicis *), vel potius capitula squamosa in ramulorum summitate locata, Rosae quodammodo aemula, Insecti cuiusdam (cynips salicis?) ictu, squamulis tum in foliola excrecentibus **), producta.

Ill. LINNAEVS hanc salicem in duas distinxit species, quas, monente HAL-
LERO et Cl. EHRHARTO ***), in vnam tantum coniunxi, quum nullum discrimen
inter vtramque obseruare potuerim, et foliorum situs ita anceps et mutabilis sit, vt
aegre exinde distingui possint, iamque Cl. EHRHARTVS in Horto vpsaliensi nullam
aliam, ipso LINNAEO patre, deinde filio demonstratore, nisi monendam a me de-
scriptam viderit ****). Anne ad hanc etiam pertinet: *Salix rubra, foliis integerrimis, glabris, lineari-lanceolatis acutis HUDSONII *****)?*

Haec

*) EPH. NATVR. CVRLOS. Dec. I. Ann. 6. 7. Obs. 17. Ann. 3. Append. ad 362.

**) IOH. HENR. HAGEN de Rosa Salicis. Regiomonti, 1769. 4.

***) BALD. N. Mag. 4. B. 4. St. p. 319.

****) l. c.

*****) Fl. Angl. Ed. 2. p. 428.

Haec Salix ob lentas ac flexibiles virgas ad varios oeconomicos vsus, ad fepes et ripas fabulosas muniendas, ad crates et corbes, ad circulos, quibus lignea vasa ac dolia colligantur, ad vincula, quibus in aqua maceratis vites vincuntur, aliamque non modo agricularum, sed et vrbanorum supellectilem, spectabili subtilitate, vt inquit **PLINIVS**, texendam, perutilis.

2.

SALIX VIMINALIS.

Tab. II. fig. 1. 2. Tab. V. fig. 2.

Salix viminalis; foliis subintegerrimis lanceolato-linearibus longissimis acutis subtus fericeis, ramis virgatis. **LINN.** *Syst. Veget. Ed. 14. p. 880. n. 31. Syst. Plant. 4. p. 233. n. 29. Fl. Suec. 2. n. 901. DALIB. Paris. 297. MILL. Dict. n. 8. MÜLL. Fridr. n. 797. NECK. Gallob. p. 397. DU ROI Obs. Botan. n. 7. EIVSD. Harbk. 2. p. 403. DOERR Nass. p. 272. LEERS Herb. n. 757. POLLICH Palat. n. 924. LIGHTF. Fl. Scot. p. 608. MATTSCHK. Sil. n. 714. EIVSD. Enum. n. 236. REIZ. Pr. Scand. n. 1103. HVDS. Fl. Angl. Ed. 2. p. 430.*

Salix foliis praelongis, obscure dentatis, subtus tomentosis et albicantibus. **HALL.** *Hist. n. 1641.*

Salix viminalis; foliis exstipulatis, lanceolato-linearibus, dentatis, rugosis, infra tomentosis; marginibus reflexis. **SCOP. Carn. Ed. 2. n. 1211. Ed. 1. p. 410.**

Salix foliis undulatis lineari-lanceolatis subtus tomentosis. **ROY. Lugab. 84.**

Salix folio longissimo. **RAI. Angl. 3. p. 450.**

Salix folio longissimo angustissimo vtrinque albido. **BAUH. Pin. 474.**

Salix foliis angustis et longissimis crispis, subtus albicantibus. **BAUH. Hist. 1. p. 212. DILL. App. p. 43.**

Elaeagnus. **DALECH. Hist. 278. MÜNTING. Ic. 12.**

Fischerweide. Grundweide. Große Krebsweide. Arintsweide. Korbweide. Hanfweide. Lange Haarweide. Spitzweide. Flachsweide. Uferweide. Arintsbusch. Kneybusch. Elbweide. **GLEDITSCH Forstw. 2. p. 55. u. 46. HOECK Gesch. p. 24.**

Die Korbweide, Uferweide, Seilweide. **SVCKOW Oecon. Botan. p. 68. n. 9.**

Die Bandweide. **LINN. Pfl. Syst. 2. p. 413.**

The long-leav'd Willow. Osier Willow. *Angl.*

Saule à feuilles très longues, étroites & d'un vert argente. *Gall.*

Habitat in Europa ad pagos, ad fluuiorum ripas.

Floret Maio. Capsulae maturescunt Iunio.

DESCR-

D E S C R I P T I O.

FRUTEX saepe arborefcens; primum ad terram deflexus, dein oblique erectus, orgyas aliquot altus, nudiusculus, glaber; cortice cinereo, glabro, hinc indeterminato tectus; in iunioribus iunceus, citissime crescens; rami plerumque circa mediam caulis partem emiffi, fubalternantes recti, biennes longiffimi, tenaces, e viridi lutescentes vel fubcinerei glabri, fuperne non raro tomentofi, geniculis faepe fragiles, punctisque confperfi.

GEMMA amentacea vniualuis: valuula ex ouato acuminata, apice emarginata vel leniter bifida faepe recurua, coriacea; extus modice conuexa, coloris liuidi, e luteo in cinereum vergentis, ramulis tomentofis etiam tomentofa; intus glabra, venis quatuor parallelis fufcis perfufa; lineolae marginales duae, apice non conniuentes. Tubercula bafi gemmae 2 — 4. per medium fulcata.

GEMMA foliacea et fupra et infra amenta, rarius intra amenta, locata, vniualvis: valuula ouato-oblonga pallida vel ex cinereo brunna, coriacea apice fubbifida, obtufa, extus modice conuexa, intus concaua, venofa, priori dimidia parte *minore*, lineolae marginales duae, apice diftantes. *Foliatio* imbricata, confans foliis vndecim, duodecim, oblongis, externe fericeis, fupra amenta citius euolutis.

AMENTA mafcula alterna, erecta vel inflexa, frequenter fecunda, approximata, ex ouato oblonga, fubuillofa, vncialia, feffiquincialia, tres, quatuor lineas lata, breuiffime pedunculata: pedunculo lineam longo, fubuillofo, di-tetraphyllo; foliis lanceolatis, feffilibus, fuperne viridibus, fubtus fericeis, primum erectis, dein reflexis. Saepe eorum loco fquamulae tantum lanceolatae, fubfufcae, pedunculum cingunt. Amenta vel ex apice vel media parte efflorefeunt. *Squamae* imbricatae, obouatae (a), planae, rotundatae et pilofae apice: pilis fimplicibus rectis, fquama longioribus; bafi anguftiores villofae; coloris vltra mediam partem cinereo-fufci, inferius pallide virefcantis, venulis longitudinalibus parallelis pictae. *Stamina* duo; filamenta erecta, filiformia, valde debilia, bafi coalita glabra, auerfa antherae parte affixa (b c), fquamula duplo longiora; antherae fubrotundae, compreffae, didymae, quadriloculares, luteae, apice faepe coccineae, citiffime marcefcentes. *Pollen* flauum. *Nectarium* vnicum gracile, rectum, bafi faepe geniculatum, apice capitatum, fquamulae adnatum (d).

AMENTA feminea alterna, erecta, ouato-oblonga, vel cylindrica, fubhirfuta, vncialia, feffiquincialia, femunciam lata, pedunculata: pedunculo duas lineas longo, villofo, foliis tribus aut quatuor externe fericeis, interne viridiusculis, apice

apice non raro fuscis, lanceolatis, erectis vel reflexis cincto. Foliola in aliis exarida, squamosa, quatuor vel quinque, ut in mare, tantum adsunt. *Squamae* (i) imbricatae, planae, obouatae, obtusae, latiores fere quam masculae, margine ac vbiq̄ue villosae: pilis squamula breuioribus; nigricantes vel subfuscae, basi coloris pallidi sensim diluti in albescentem. Venulae in squamulis luci obiectis ut in mare apparent. *Germen* ouato-lanceolatum sessile (e), subuiride, sericeum; stylus (f) longissimus, longitudine germinis, filiformis, flauescens; stigma bifidum (g), tenue, flauescens, primum patens, dein reflexum. *Nectarium* vnicum basi germinis sessile, compressum, dimidia germinis longitudine eique appressum (h) viridescens. *Capfula* ouato-subulata, tetragona (Tab. V. fig. 2. a), unilocularis, biualuis: valvulis reuolutis (b). *Pappus* simplex pilosus: pilis longis, rectis; basi seminum sessilis (c). *Semina* oblonga.

FOLIA alterna, approximata, erecta, lineari-lanceolata, longissima; spithamam et ultra longa praesertim inferiora; acuminata, margine undulata, superiora vel iuniora reuoluta; petiolo insident tereti canaliculato, subtomentoso, femunciam longo; supra saturatius viridia, glabra, saepe pube tenuissima obducta, subtus sericea, argenteo splendore; nervo medio prominente, laterales neruuli albidii, paralleli, aliis breuioribus intercepti, horizontaliter fere diuergentes. *Stipulae* saepe in annuis ramulis adsunt, dimidiato-lanceolatae.

VARIET. I. *Salix* foliis ex lineari lanceolatis integris subtus incanis. **Gmel.** *Sib. 1. p. 162. n. 16. Syst. Pl. 4. p. 234. var. β. (viminalis).* *Rami* ex viridi lutescentes, glabri, etiam supra amenta. *Folia* stricta, lineari-lanceolata, subtus sericea splendida. *Gemma* vtraque glabra, e luteo fusca. *Amenta* mascula et feminea erecta vel patentia, biuncialia; foliolis vel eorum loco squamis quinque, sex, lanceolatis, extus sericeis, intus fuscis cincta. *Stamina* squamis duplo longiora; antherae luteae citissime caducae. *Germen* ex ouato lanceolatum; stylus longitudine germinis rectus; stigma bi-quadrifidum, reuolutum.

2. Mas. *Rami* ex rubro fusci, glabri, punctis nigricantibus conspersi. *Gemma* amentacea uniuualuis: valuula magna ventricosa, apice subbifida, obtusa, coriacea, basi subtomentosa. *Gemma* foliacea priori similis, at longe minor. *Amenta* mascula alterna, numerosa, tomentosa, ouato-oblonga seu cylindrica, tetraphylla, foliolis minimis, lanceolatis, sericeis. *Squamae* ouatae, basi obscure purpureae, supra nigricantes; villosae: pilis squama duplo longioribus, rectis. *Stamina* duo; filamenta

filamenta longa; antherae flavae compressae. *Nectarium* dimidia squamae longitudine, flavescens, incuruum, apice truncatum.

3. *Fruticulus* tres, quatuor pedes altus; rami lutescentes vel fusci. *Gemmae* valuula glabra. *Amenta* mascula et *feminea* vix femunciam longa, hinc inde sparsa. *Folia* lineari-lanceolata, bi-tripollicaria, subtus sericea splendentia. Caeterum a viminali vix nisi magnitudine et forsitan aetate diuersa.

OBS. Plures huius salicis praesertim feminae occurrunt varietates (an verae sint adhuc dubito), quae vel stigmata breuiora vel crassiora, et folia plus minusue habent incana. At sufficit foliis subtus argenteis, marem nectario gracili ac longo, feminam vero stylo longissimo, ab aliis facillime distingui posse.

Crescit haec salix locis praesertim limosis ac humidis, taleis sesquipedalibus, distantia sex circiter pedum in terram demissis. Trunco saepius caeso, citissime renascentibus et implicatis magis virgultis, densissima praebet sepimenta naturalia circa pagos et agros contra ventorum violentiam, et circa praediola, vel tuguria, vt fere omnes huius generis, tutamentum contra incendiorem saeuitiam; secundum amnes et vias publicas plantata virore ac iunceis virgis amoenissimas sepes viuas; vinearum sirpearum et nassarum vimina lenta ac flexilia ad viendum, perticas pro vario vsu, foliaque tenera pecori depascenda, denique foco ac furno etiam non inutilia sarmenta ac ligna.

3.

S A L I X C A P R E A.

Tab. III. fig. 1. 2. Tab. V. fig. 4.

Salix caprea; foliis ouatis rugosis subtus tomentosis vndatis superne denticulatis.

LINN. *Syst. Veget. Ed. 14. p. 880. n. 30. Syst. Pl. 4. p. 232. n. 28. Roy. Lugdb. 83. Fl. Suec. 2. n. 900. GMEL. Sib. p. 157. DALIB. Paris. 298. MILL. Dict. n. 13. GVN. Nor. Veg. n. 252. MÜLL. Fridr. n. 796. NECK. Gallob. p. 325. DU ROI Obs. Botan. p. 54. n. 8. EIVSD. Harbk. 2. p. 404. GOUAN Illustr. p. 78. LEERS Herb. n. 756. DOERR. Nass. p. 271. POLLICH Palat. n. 923. MATTUSCHK. Sil. n. 713. EIVSD. Enum. n. 935. LIGHTF. Fl. Scot. p. 607. RETZ. Prodr. n. 1102. HVDS. Fl. Angl. Ed. 2. p. 429. LEYSER Halens. Ed. 2. n. 991. (a. β.).*

Salix foliis ouatis, rugosis, subtus reticulatis tomentosis, iulis ouatis, stipulis amplexicaulibus ferratis. HALL. Hist. n. 1653.

- Salix folio rugoso, obiter ferrato, subtus lanuginoso, iulo crassissimo. HALL.
Helv. p. 155. n. 17.
- Salix caprea; foliis stipulatis, ouatis, subtus tomentosis; filamentis duobus distinctis.
 SCOP. *Carn. Ed. 2. n. 1205. Ed. 1. p. 407.*
- Salix foliis obscure crenatis, vtrique villosis, ouato-oblongis. *Fl. Lapp. p. 291. n. 365.*
- Salix latifolia inferne hirsuta. BAUH. *Hist. p. 215.* RAI. *Hist. 1422. n. 1.*
- Salix latifolia rotunda. BAUH. *Pin. 474.* DILL. *App. 37.* RAI. *Angl. 3. p. 449.*
- Salix caprea latifolia. TABERN. 1038. *Fl. Lapp. Tab. VIII. fig. 5.*
- Sohlweide. CRAMER *Forstw. Tab. 14. fig. 2.* *Fl. Dan. Tab. 245.*
- Geißweide. Rauherwerft. Großerwerft. Sohl- Söhl- Seilweide. Hohlweide. Streichpalme. Pfeifenholz. GLEDITSCH *Forstw. 2. p. 32. n. 48.* HOECK *Gesch. p. 32.*
- Die Werftweide, rundblättriche Sahlweide, Palmweide. SVCKOW *Oecon. Botan. p. 63. n. 10.*
- Die Palmweide. LINN. *Pfl. Syst. 2. p. 411.*
- Round leav'd Sallow. The goute round leav'd Sallow. *Angl. Saugh. Scot.*
- Saule ou Marceau, à feuilles rondes & larges, qui se terminent en pointe. *Gall. Viddie. Dan.*
- Habitat* in Europa, in dumetis, ad sepes, ad radices montium et margines sylvarum, locis praesertim ficcis.
- Floret* Martio, Aprili. Capsulae maturescunt Maio.

D E S C R I P T I O.

FRUTEX non raro in magnam excrescens arborem; caulis glaber, cortice cinereo subtiliter rimoso obductus; rami copiosi tenaces, superiores longissimi, cortice e cinereo viridi vel flavescente etiam fusco obducti. Rami nouelli pallefcetes pubescunt.

GEMMA amentacea uniuersalis: valuula magna, ouata vel subrotunda, obtusa, apice emarginata vel subbifida, apicibus rotundatis, angulis seu lincis marginalibus binis sub apice coniunctis instructa; externe ventricosa vel hemisphaerica, glabra, brunna vel ex rubro fusca, saepe etiam pallida; coriacea, interne concaua venulis parallelis a basi versus apicem percurfa. Ad basin huius valuulae tubercula nulla.

GEMMA

GEMMA foliacea uniuersalis: valuula a priori magnitudine parum diuersa, subrotunda, coloris fusci, apice bifida, lineae marginales ut in priori; plerumque infra, vel una alteraue gemma supra amenta posita. Tubercula ad basin eius etiam nulla. Caeterum priori non absimilis. *Foliatio* ouata, imbricata, foliolis (10-12) oblongis extus villosis sericeis, intus pallide viridibus composita.

AMENTA mascula alterna, erecta, villosa, ouata, vel ouato-oblonga, crassa, vncialia, biuncialia, vnciam saepe lata, breuiter pedunculata: pedunculo villoso, foliolis (8 — 12) vel etiam squamis, lanceolatis, externe sericeis villosis, interne fuscis, exaridis, apice frequenter reuolutis, duplici triplicique serie circa pedunculum locatis. Amenta alternatim ex basi versus apicem, superiora quidem citius efflorescunt. *Squamae* (a) imbricatae, oblongae, basi angustiores canaliculae, apice latiores, planae, deltoideae fere, acuminatae, margine ac vbiq; pilosae: pilis rectis squama breuioribus; supra nigricantes, basi viridescentes. *Stamina* duo (b); filamenta erecta, distincta, filiformia, polline exploso diuergentia, squama duplo longiora; antherae ouatae, didymae (c), erectae, quadriloculares, luteae, apice saepe rufescentes. *Nectarium* vnicum (d e) crassiusculum, rectum, subuiride, cylindricum, basi latefcens, apice subcapitatum, foueola depressum, squamae adnatum.

AMENTA feminea alterna, erecta, oblonga vel cylindracea, subhirsuta, vncialia, biuncialia, etiam longiora, femunciam lata, pedunculata: pedunculo longiori, foliolis (6—7) lanceolatis extus sericeis villosis, intus pallide viridibus vel fuscis saepe in foliola degenerantibus instructo. *Squamae* (f) imbricatae, planae, ouato-lanceolatae, obtusae, nigricantes ac pilosae apice: pilis rectis breuioribus; basi viridescentes, geminis pedicello adplicatae. *Germen* (g) ouato-lanceolatum vel pyriforme, pubescens, pedicellatum (h); stylus breuissimus; stigmata duo crassiuscula, compressa, flauicantia, saepe bifida. *Nectarium* (k) vnicum, basi pedicelli sessile, gracile cylindricum, compressum, truncatum, subuiride vel lutescens. *Capsula* (Tab. V. f. 4. a) basi subrotunda sensimque lanceolata, unilocularis bialuis: valuulis (b) reuolutis. *Pappus* (c) simplex pilosus: pilis longis, rectis, basi feminum sessilibus.

FOLIA subrotunda, ouata, obouata, ouato-oblonga, quatuor vel quinque vncias longa, tres circiter vncias lata, erecta, supra glabra vel subpubescentia, saturate viridia, subtus ex caeruleo incana, tomentosa, reticulo venoso picta; neruo medio robusto pubescente, prominente, albido vel colorato, lateralibus oppositis, promi-

prominentibus albidis, vel subalternis ramosis; apice acuminata, margine crenulato-undulata, petiolata: petiolo non raro femunciam longo, tereti, tomentoso canaliculato, patente. *Stipulae* in superioribus tantum foliis, subrotundae, margine crenulatae, subtus incanae.

VARIET. I. *Salix* foliis oblongis subtus villosis, inferioribus crenatis, superioribus integris. *Fl. Lapp.* p. 293. n. 367? Tab. VIII. fig. u. *Salix* foliis oblongis integerrimis, acuminatis, superne villosulis subtus tomentosis. *Scop. Carn.* Ed. 2. n. 1205. var. 2. (d)? *Frutex* non raro arborefcens; ramuli nouelli alba hirsutiae velati. *Folia* alterna ouata vel ouato-oblonga, vtrinque ex ouato acuminata, duas tresue uncias longa, unciam vel uncias duas lata, supra saturate viridia, glabra, vel subpubescencia, subtus incana, tomentosa, neruo medio vix prominente; plana; reticulo venoso vt in priori minus distinguendo, margine integerrima, brevius petiolata. *Stipulae* nullae vel in superioribus foliis minimae. Figura citata *Fl. Lapp.* folia exacte exprimit at descriptio potius in *S. acuminatam* quadrat.

2. FEMINA. *Salix* foliis ouato-lanceolatis integerrimis, subtus pubescentibus. *Salix* foliis elliptico-lanceolatis, subtus sericeis appendiculatis. *Gmel. Sib.* p. 163. n. 19? *Salix* foliis integerrimis, ouato-lanceolatis, subtus sericeis, iulis ouatis. *HALL. Hist.* 1651? *Hvds. Angl.* p. 429. (var. *γ. capr.*)? *Frutex* vel *fruticulus* ad ripas fluuiorum proueniens; rami cinerei vel cinereo-fusci, gemmae glabrae subrotundae. *Amenta* primum ouata; demum cylindracea, pedunculata, foliis 3—4 viridibus ouatis, subtus sericeis cincta. *Squamae* nigricantes villosae, ouato-lanceolatae. *Germen* sericeum ex ouato cylindricum; stylus longior; stigma bifidum, lineare, flauescens; nectarium truncatum. *Capsula* lanceolata, dehiscens reuoluta. *Pappus* longus, reclusus. *Semina* lanceolata, pappo cincta. *Folia* ouato-lanceolata, mollissima, subtus pubescencia plana. *Annexa salix* foliis integris glabris lanceolato-ouatis, *Fl. Lapp.* n. 358. ad hanc pertineat, vel propria species sit, adhuc ignoro.

3. FEMINA.

α. *Amentis* conicis tres circiter uncias longis, femunciam latis, breuiter pedunculatis, foliolis (4—5) intus fuscis extus sericeis. *Nectario* latiori, plano truncato viridi.

β. *Amentis* tenuissime hirsutis, unciam longis, femunciam latis, breuiter pedunculatis, foliolis (6—7) fuscis sericeis. *Squamis* ouato-lanceolatis, nigerrimis. *Germine* pubescente; stigmatibus bi-quadrifido lutescente. *Nectario* cylindrico lutescente. *Ramis* glabris e luteo virescentibus, fragilibus.

OBS.

Obs. Haec salix, pro natali loco vel aetate, crescit ramis nunc brevioribus diuaticatis, nunc strictis, longioribus, cortice plus minusue fusco vel cinereo. Amenta varia magnitudine. Stylus bi-quadrifidus incerta longitudine. Instante pluuia mascula praesertim amenta odorem spirant suauissimum.

Ill. GLEDITSCHIVS in hac non solum monoicos, sed etiam hermaphroditos flores obseruari dixit *).

In amentorum masculorum antheris deformitatem quasi viuiparam non raro animaduertebam. Nam eae in stylum apice sua elongatae, basi crassiores, mediaeque parte diuisae, in utroque latere loculamenta duo, interne caua et margine tantum farinosa gerebant. Filamento caeterum tenuissimo sustentatae, primo intuitu quandam cum germine huius salicis similitudinem habent.

Ex ramis huius salicis corbes, cancellos, aluearia, pali et ridicae bene fieri possunt. Cortice ramulorum biennium vtuntur ad pelles varias praesertim manicarum in Dania **) perficiendas. Nouaccolae ex cortice huius arboris praeparant coria sua pro calceis, quemadmodum rustici in Suecia inferiore ex cortice quercino eosdem conficere consueuerunt ***). Cortex fila lintea nigro tingit colore. Contra febres etiam commendat GÜNZIVS.

Lignum albidum tenax ac laeue; ex eo ligna fieri possunt, e quibus retia in aqua suspenduntur. Huius carbo citissime ignem concipit, quare eo ad puluerem tormentarium conficiendum vtuntur; etiam pictores ad delineanda opera huius carbones reliquis praefereunt.

Amat sicum ac collinum terrenum. Prae reliquis Mas ob nectaria melle turgida et materiam copiosam, quam antherae pro cera conficienda apibus praebent, circa castra apium coli ac poni meretur. Folia tam huius, quam *S. fragilis* pecoribus et equis grata. Tarandos etiam folia huius deuorasse vidit GVNNE-RVS ****).

4. SALIX

*) GLEDITSCH *Forstw.* 2. p. 10.

**) BECKMANN *Technologie*, Ed. 2. p. 213.

***) *Fl. Lapp.* p. 292.

****) *Fl. Norveg.* n. 252.

S A L I X A V R I T A.

Tab. IV. fig. 1. 2. Tab. V. fig. 3.

Salix aurita; foliis integerrimis vtrinque villosis obouatis appendiculatis. LINN.
Syst. Vegetab. Ed. 14. p. 880. n. 22. Syst. Plant. 4. p. 230. n. 20. Fl. Succ. 2. n. 892.
 ROY. *Lugab. 84. NECK. Gallob. p. 325. LEERS Herb. n. 754. POLLICH Palat.*
n. 921. LIGHTF. Fl. Scot. p. 602. MATTVSCHK. Fl. Sil. Suppl. 1216. EIVSD.
Enum. n. 932. RETZ. Prodr. Fl. Scand. n. 1094. HVDS. Fl. Angl. p. 430. (var. ♂.
capr.)

Salix foliis rugosis, reticulatis, integerrimis, inferne tomentosis, iulis ouatis. HALL.
Hist. n. 1652.

Salix foliis stipulatis ouatis: subtus tomentosis, filamentis duobus basi coalitis.
 SCOP. *Carn. Ed. 1. p. 406. Ed. 2. p. 254. (var. 2. capr.)?*

Salix folio rotundo minore. DILL. *App. p. 38.*

Salix caprea pumila. RAI. *Angl. 3. p. 450. EIVSD. Hist. 1426?*

Salix latifolia minor. BAUH. *Pin. p. 474. RVPP. Ienensf. 2. p. 333. GERAR. Emac.*
390. fig. 3.

Kleiner rauher und rundblättricher Werft. Salbeiweide. GLEDITSCH *Forstw. 2.*
p. 7. n. 51. HOECK Gesch. p. 21.

Die kleine rundblättriche Werftweide, die Salbeiweide. SVCKOW *Oecon. Botan. p.*
65. n. 13.

Geörte Weide. LINN. *Pfl. Syst. 4. p. 560.*

The Dwarf round leav'd Sallow. Round leaved mountains Dwarf Sallow. Common
 Willow. *Angl.*

Petit faule ou marceau à feuilles rondes. *Gall.*

Habitat in Europae syluis, locis vdis, depressis.

Floret Maio. *Capulae* maturefcunt Iunio.

D E S C R I P T I O.

FRUTEX angustus, aliquot pedes altus, sæpe arbor tenuis humanae altitudinis, depressus, iam a terra vndique ramos spargit; cortice cinereo, glabro integerrimo tectus; rami copiosi diffusi, tenaces, glabri; inferiores longissimi; superiores breuiore, diuergentes, diuaticati; nigricantes vel subfusci; epidermis subtiliffime

finē rimosa, in extrema ramulorum parte subtomentosa. Ramuli nouelli foliosi, rubicundi, plerumque tomentosi.

GEMMA amentacea uniuersalis: valuula subrotunda, vel ouata, ventricosa, apice emarginata; fusca vel spadicea; externe glabra vel basi subtomentosa; interne concaua venulis inter se coniunctis perfusa; anguli seu lineolae laterales sub apice connexae. Tubercula basi duo opposita.

GEMMA foliacea et supra et infra amenta posita, uniuersalis: valuula minima, subrotunda, conuexa, apice obtusa, primum emarginata, dein bifida, margine fusca vel nigricans; lineis duabus conniuentibus cincta; feminea intus saepe albicans; mascula colorata, venosa. *Foliatio* ouata, imbricata, foliolis constans (10—12) ouatis extus sericeis, intus saturate viridibus, rugosis.

AMENTA mascula alterna, erecta vel patentia continua, rarius gemma foliacea intercepta, ouata, obtusa, subuullosa, femunciam et ultra longa, tres quatuor lineas lata pedunculata: pedunculo breui tomentoso, foliola circa pedunculum plura (5—6) ouata vel subrotunda crassiuscula, interne saturate viridia, externae villosa, sericea, pallida fere sessilia, superiora foliola minima lanceolata. Amenta ex vno latere efflorescunt. *Squamae* (a) imbricatae, planae, ouato-lanceolatae superius colore fusco vel pallidore, basi albescente vel ex albo flauescente, margine ac vbiq; villosae; pilis squama breuioribus, raris. *Stamina* duo; filamenta (b) erecta filiformia, squama duplo triploue longiora, basi connata, subpilosa, superius diuergentia; antherae (c) subrotundae paruae, erectae didymae, quadriloculares, flavae, ante explicationem fuluae. *Pollen* luteum. *Nectarium* (d) minimum breue ouato-cylindricum basi latefcens, apice obtusum, subcapitatum, e luteo viride.

AMENTA feminea alterna, erecta vel patentia, ouata, ouato-oblonga, cylindrica, obtusa, femunciam, vnciam longa, femunciam lata, subuullosa, albida nitentia, dein ex cinereo pallide viridia, pedunculata: pedunculo longiori, tomentoso; foliolis alternis ovalibus, vel ouatis; superioribus lanceolatis minimis; supra saturate viridibus, subtus villosis sericeis, cum amentis explicatis, et deciduis. *Squamae* (e) imbricatae planae, lineari-lanceolatae, minores, apice fuscae vel pallidae, basi albescentes; villosae: pilis albissimis, nitidis, longitudinem squamae aequantibus. *Germen* (f) cylindricum, lanceolatum, albidum sericeum, vel pallide viride, pedicellatum pedicello tereti, pubescente, squamula fere longiori; stylus nullus vel breuissimus; stigmata duo sessilia, crassiuscula, cylindrica, bifida, conniuentia, pallide lutea. *Nectarium* vnicum, basi pedicelli sessile, breue, cylindricum, apice truncatum

catum, flavescens (g). *Capsula* (Tab. V. fig. 3. a) ovato-oblonga, pubescens, apice dehiscentis, bivalvis: valvulis apice revolutis, demum reflexis. Semina linearia. *Pappus* (b) simplex, albescens, longitudine capsulae, basi seminum sessilis.

FOLIA erecta vel patentia, adproximata, subrotunda, vel obovata, apice obtusa vel brevissime acuminata, inflexa, margine integerrima, saepe undulato-crenata; supra saturate viridia, subpubescentia, secundum venas rugosa, nervo medio et lateralibus sulcatis; subtus pallidiora, tomentosa eleganter reticulata, nervis prominentibus albidis, lateralibus pinnatis, alternis, ad marginem folii usque ductis; petiolata: petiolo brevi, tereti, albido, tomentoso. *Stipulae* ad petiolorum basin duae reniformes, margine repando-dentatae, basi contractae sessiles; superne colore foliorum, rugosae, inferne tomentosae, nervis albidis prominentibus, ex centro in peripheriam ductis. Folia iuniora tactu molliora et planiora, uncialia; adultiora biuncialia et ultra, ovata vel ovato-oblonga, rigida, rugosa; margine crenulata, dentata. *Stipulae* maiores.

VARIET. *Salix* foliis integris vtrinque villosis verticaliter ovatis appendiculatis. *Fl. Lapp.* 369. Tab. 8. Fig. y. *Rami* nigricantes vel rubro-fusci. *Amenta* mascula maiora cylindrica; pedunculo longiori; foliolis numerosis, oblongis vel lanceolatis, minimis, colore viridi vel fusco, externe villosis. *Squamae* apice obtusiusculae nigricantes, vel fuscae. *Filamenta* staminum longiora. *Amenta* feminea cylindrica unciali, sesunciam longa; pedunculo longiori, foliolis numerosis cincto. *Squamae* ut in Mare. *Folia* ovato-oblonga, anterieus latiora, brevissime acuminata, basin versus angustissima, uncialia, biuncialia, anterieus semunciam, unciali lata, verticaliter posita, seu adfixa parte acuminata, petiolis longioribus. In aliis a priori non diversa.

Obs. Haec salix florendi tempore a similibus, caprea, acuminata, quibuscum promiscue crescit et saepe confunditur, non male distingui potest. Autumno saepe de novo efflorescit et amenta aliquot explicat. Tubercula opposita in angulis gemmarum.

HISTORIA
SALICVM

ICONIBVS ILLUSTRATA

A

GEORGIO FRANCISCO HOFFMANN

FASCICVLVS SECVNDVS.

Nectarium maximi fecit natura.

LINN.

LIPSIAE

IMPENSIS SIEGFRIED LEBRECHT CRVSI

MDCCLXXXV.

HISTORIA

S. A. L. I. G. V. M.

CONSTITUTION

GEORGIO FRANCISCO HOLLMANN

PASCUALIS SECUNDUS

LITTEL

AMSTERDAMI IN OFFICINA LAMBERTI VAN DER HAEGHEM 1777

EXPLICATIO TABULARVM
SECUNDI FASCICVLII

TAB. VI.

SALIX ACUMINATA.

Fig. 1. *Mar.* Ramulus cum amentis, superioribus praefertim, plane explicatis.

- a. *Squama* cum flaminibus et nectario.
- b. *Staminum* filamenta.
- c. *Nectarium* basi squamae sessile.

Fig. 2. *Femina.*

- d. *Squama* cum germine et nectario.
- e. *Germen.*
- f. *Germinis pedicellum.*
- g. *Stigmata.*
- h. *Nectarium.*
- i. *Capsula* integra, dehiscens.
- k. *valvulis* reflexis.
- l. *Pappus* basi feminum sessilis.

TAB. VII. VIII.
S A L I X A L B A.

Fig. 1. *Mar.*

- a. *Squama* cum staminibus et nectariis;
- b. *Staminum* filamenta.
- c. *Nectarium* anterius.
- d. *Nectarium* posterius.

Fig. 2. *Femina.*

- e. *Squama.*
- f. *Germen* cum stigmatibus quatuor ab anteriori visum.
- g. *Squama* absque germine, cuius basi adfidet
- h. *nectarium.*
- i. *Capsula*, dehiscens
- k. *valvulis* reclinatis demum reflexis;
- l. *Pappus* cum femine.
- m. *Amentum* ad maturitatem plane perductum.

TAB. IX. X.

SALIX TRIANDRA.

Fig. 1. *Mas.* Amenta superiora conica sensum ab inferiori parte versus apicem explicata, inferiora vero adhuc clausa, foliolis pedunculo plerumque tribus instructo. a.

Fig. 2. *Mas.* Ramulus cum amentis paene defloratis. Foliola plura et maiora pedunculum cingunt. b.

c. *Squama* cum tribus staminibus et nectariis.

d. *Stomium* filamenta.

e. *Nectarium* anterius.

f. *Nectarium* posterius in media squamae parte locatum.

Fig. 3. *Femina.* Ramulus cum amentis plane explicatis.

g. *Squama*.

h. *Germen*.

i. *Stigmata*.

k. *Nectarium*.

l. *Capsula* integra, dehiscens.

m. *valvulis* reflexis.

n. *Pappus*.

K

o. *Semen*.

o. *Semen.*

p. *Amentum* maturum.

Fig. 4. Sifit ramulum cum foliis:

q. Folia, varia directione et situ depicta.

r. Stipulae.



SALIX ACUMINATA.

Tab. VI. fig. 1. 2.

Salix acuminata; foliis ovato-oblongis, subtus tomentosis; superioribus integris, inferioribus crenatis.

Salix acuminata; foliis oblongo-ovatis, acuminatis rugosis, subtus tomentosis.
MILL. *Dict.* 14. DU ROI *Obs. Botan.* p. 55. n. 9?

Salix foliis ovato-lanceolatis: supra pubescentibus subtus tomentosis. LEYS. *Hal.*
Ed. 2. n. 991. 7?

Salix foliis oblongis vtrinque tomentosis, obtusis, modice acuminatis obiterque ferratis. SCOP. *Carn. Ed.* 2. n. 1205. (var. 2. d.)?

Salix caule erecto foliis ellipticis: apicibus rectis. SCOP. *Carn. Ed.* 1. p. 407. 3.
(b. c.)?

Salix foliis oblongis subtus villosis, inferioribus crenatis, superioribus integris. FL.
Lapp. n. 367?

Salix caprea acuto longoque folio. RAI. *Syn.* 450? HVDS. *Angl.* (var. β .
Capr.)?

Salix folio ex rotunditate acuminato. BAUH. *Pin.* 474. RVFF. *Ien.* 2. p. 333.

Habitat in dumetis, locis humidis, promiscue cum *S. aurita*.

Floret Martio, Aprili. *Capulae* maturescunt Maio.

DESCRI-

D E S C R I P T I O.

FRUTEX orgyalis; saepe arbor tenuis; caulis glaber, cinereus, diffusus; rami erecti copiosi diffusi; superiores breuiores, cinerei, lanuginosi, maculati, novelli canescentes alba hirsutie; inferiores stricti ex cinereo fusci, tomentosi.

GEMMA amentacea uniuersalis: valuula subrotunda obtusa, apice integra, emarginata; angulis lateralibus duobus planis sub apice conniuentibus instructa; externe conuexa, ventricosa, tomentosa, colore cinereo vel dilute fusco; interne concava glabra, fusca. Ad basin valuularum tubercula nulla.

GEMMA foliacea uniuersalis: valuula priori minor, ouata vel subrotunda apice obtusa, leniter emarginata rarius incisa, lineolae marginales duae, planae, apice conniuentes; externe conuexa tomentosa, cinerea vel pallide fusca; interne concava glabra, pallida, venulis aliquot tenuissimis percursa; supra infraque amenta posita; plerumque duae ramulum terminant. *Foliatio* ouato-oblonga, imbricata; foliis constans (10—12) ouato-oblongis externe sericeis, interne pallide viridibus.

AMENTA mascula alterna, villosa, ouata vel ouato-oblonga unciam et aliquot lineas longa, femunciam lata, apice obtusa; primum erecta dein patentia, pedunculata: pedunculo breui duas circiter lineas longo, tomentoso; foliolis seu potius squamis (4—6) lanceolatis erectis, externe sericeis, interne fuscis, cincto. Amenta et basi et apice primum efflorescunt. *Squamae* (a) imbricatae, oblongae apice latiores, obtusae vel breuissime acuminatae, e fusco nigricantes, pilosae; pilis squama breuioribus; basi albidae. *Stamina* (b) duo; filamenta primum erecta breuiora, dein longiora, anthesi peracta diffusa; filiformia, squama duplo longiora, basi subuilloso, nectario adnata, auersa antherae parte affixa; antherae ouatae, vel subrotundae, erectae, didymae, quadriloculares, colore luteo, ante explicationem fuluae. *Pollen* flauum. *Nectarium* (c) simplex, erectum, basi ventricosum sensimque quasi in collum attenuatum apice truncatum, virescens; basi squamae sessile.

AMENTA feminea alterna, erecta vel patentia, cylindrica uncialia et ultra, femunciam lata, incana, tomentosa, vel subuilloso, pedunculata: pedunculo longiori, quam in amentis masculis, tomentoso, foliolis (5—6) ouato-lanceolatis, externe sericeis, interne plerumque pallide fuscis, erectis, cincto. *Squamae* (d) imbr-

imbricatae ovato-lanceolatae, vel oblongae, apice obtusae vel brevissime acuminatae, fuscae, villosae, sensim versus basin angustiores, albidae. *Germen* (e) ovato-fubulatum incanum vel ex albido viride villosum, pedicellatum: pedicello (f) tereti villosa squamae fere longitudine; stylus brevis; stigmata (g) duo erecta cylindrica, latiuscula saepe bifida, vel fulcata, colore lutescente. *Nectarium* (h) conicum, apice obtusum virescens, basi pedicelli sessile. *Capsula* (i) ovato-fubulata unilocularis, bivalvis: valvulis reflexis (k). *Pappus* (l) longus rectus, femina lanceolata basi cingens.

FOLIA alterna erecta vel patentia in superioribus ramulis adproximata, obverse ovato-oblonga, vel ovato-lanceolata, apice retusa, acuta, saepe inflexa, margine integra vel subserrata, biuncialia anterieus vnciam lata; in ramulis inferioribus ovata, ovato-lanceolata, elliptica, acuta vel acuminata, margine crenulata; supra saturate viridia, leuissime vel vix pubescentia plana, leuissime rugosa; subtus tomentosa, pallida, vel glauca, reticulata; neruo medio prominente albido pubescente, lateralibus neruis oppositis vel alternis, ad marginem folii ductis; duas tresue vncias longa, petiolata: petiolo tereti, albido, tomentoso tres circiter lineas longo. *Stipulae* reniformes, sessiles margine repando-dentatae, colore et structura foliorum; in superioribus foliis plerumque nullae.

OBS. MILLERVS varietatem habet foliis variegatis. In hac salice synonyma difficillime extricanda, quae inter *S. capream* et *auritam* quasi intermedia, ab utraque tamen diuersa.

6.

S A L I X A L B A.

Tab. VII. VIII. fig. 1. 2.

Salix alba; foliis lanceolatis acuminatis ferratis vtrinque pubescentibus: ferraturis infimis glandulosis. LINN. *Syst. Veget. Ed. 14. p. 880. n. 33. Syst. Pl. 4. p. 234. n. 31. Hort. Cliff. 473. Fl. Succ. 2. n. 903. Mat. Med. Ed. 4. n. 587. DALIB. Paris. 297. ROY. Lugdb. 83. MILL. Dict. n. 1. GMEL. Sib. 1. p. 158. MÜLL. Fridr. n. 799. NECK. Gallob. p. 396. SCOP. Carn. Ed. 2. n. 1212. Ed. 1. p. 408. n. 2. GOUAN *Illustr. p. 78. DUROI Obs. Botan. p. 54. n. 6. EIVSD. Harbk. 2. p. 400. LEERS Herb. n. 759. DOERR. Nassov. p. 272. POLLICH. Palat. n. 925.**

L

MATTVSCHK.

- MATTUSCHK. *Sil.* n. 715. EIVSD. *Enum.* n. 937. LIGHTF. *Fl. Scot.* p. 609.
 RETZ. *Prodr.* n. 1105. HVDS. *Fl. Angl. Ed. 2.* p. 430. LEYSER *Halenf. Ed. 2.*
 n. 995. THVNB. *Japon.* p. 25.
 Salix arborea, foliis ellipticis, lanceolatis, subtus sericeis, dentibus crassescens.
 HALL. *Hist.* n. 1635.
 Salix alba. LINN. *It. Scan.* p. 200.
 Salix arborea angustifolia alba vulgaris. RAI. *Hist.* n. 1419.
 Salix maxima fragilis alba hirsuta. I. BAUH. *Hist.* 1. p. 212.
 Salix vulgaris alba arborefcens. C. BAUH. *Pin.* 473. DILL. *App.* p. 42. RVFF.
Ien. Ed. 2. p. 331.
 Salix. LOB. *Ic. 2.* p. 136.
 BLACKWELL *Tab.* 327.
 Le Saule. REGN. *Bot.*
 Baumweide. Weisse Weide. Felber. Weisser Felber, Felbinger, Falbinger. Wil-
 genbaum. Wilge. Wicheln. Zahe Weide. Kopfweide. Groser Weidenbaum.
 Mürbe Weide. Silberweide. Weisse Bruchweide. GLEDITSCH *Forstw.* 2. p. 3,
 n. 39. HOECK *Gesb.* p. 29.
 Die gemeine weisse Weide, Silberweide. SVCKOW *Occ. Botan.* p. 62, n. 8.
 Die weisse Weide. LINN. *Pfl. Syst.* 2. p. 416.
 Witte Wilg, Wilgenboom. Belg.
 The ordinary great, the most common white Willow Tree. *Angl.*
 Hwit Pihl. *Suec.*
 Saule blanc ordinaire. *Gall.*
 Verba. Vuerba. Folia Verbauza. *Carniol.*
Habitat in Europae syluis, ad vias, circa pagos et vrbes.
Floret Maio. Capsulae maturefcunt Iunio.
 PHARM. *Salicis cortex; Folia; Amentum.* MURRAY *App. Med. Vol. 1.* p. 44.

DESCRIPTION.

ARBOR sat procera; caudice adscendente erecto tereti, arboreo, ramosis-
 simo; cortice cinereo rimoso tecto; rami copiosi erecti vel patentes; cortice cine-

reo

reo vel e fusco virescenti, superiores saepe fusco-purpurascente obducti. In mascula arbore rami diffusi breuiores, superius leuissime pubescentes, geniculis saepe fragiles; in feminea strictissimi, truncis praesertim putatis, umbellam quasi formantes, tenaces.

GEMMA amentacea vniualuis: valuula conica vel ouato-acuta, apice obtusa integra, lincis marginalibus binis apice conniuentibus cincta; externe basi sua subconuexa, leuissime pubescente etiam glabra, colore pallide rubro-brunneo; interne concaua, glabra venulis saepe obscurioribus picta.

GEMMA foliacea vniualuis: valuula priori plerumque minore, ouata, vel ouato-acuta, colore ex cinereo pallide rubro-fusco, apice integra vel subbifida, margine lincis duabus apice conniuentibus instructa; externe subconuexa glabra vel leuissime pubescens; supra et infra amenta posita. *Foliatio* conuoluto-imbricata, foliolis (6—7) constans lanceolatis, externe sericeis.

AMENTA mascula (3—4) alterna, sparsa, tenuissime hirsuta, cylindrica, teretiufcula, apice obtusa; primum erecta, dein horizontalia, flexuosa; fescuncialia, biuncialia, lineas quatuor circiter lata, pedunculata: pedunculo tereti, tomentoso, femunciam longo, tri-tetraphyllo: foliolis ouato-lanceolatis, breuiter petiolatis, prona ac supina parte laete viridibus, margine et inferiori saepe pagina villosis; infimum foliolum integerrimum, ouatum, altero minori magnitudine, superius plerumque maximum margine saepe ferrulatum, vltimum prope amenti basin lanceolatum, flauescens vel e viridi lutescens, squamula duplo modo longius. Foliola plerumque oblique patent. Amenta ex basi versus apicem efflorescunt. *Squamae* (a) ab initio imbricatae, dein erectae, postremo reflexae, ouato-lanceolatae anterius latiores, concauae acutae, pilis simplicibus breuissimis hinc inde adspersae, colore ex viridi lutescente; basi angustiores villosae paululum fuscae. *Stamina* duo; filamenta (b) erecta vel horizontalia, filiformia, luteo-alba, basi connata, villosa, squama vix duplo longiora; antherae subrotundae, didymae, quadriloculares, luteae saepe apice purpureae, erectae, posterus complanatae. *Pollen* luteum. *Nectarium* (c) anterius minimum ex viridi lutescens, ouatum apice obtusum; posterius (d) lineare, gracile, anteriori duplo longius, filamentis postice adnatum.

AMENTA feminea alterna, erecta, horizontalia vel reclinata, cylindracea, tenuia, biuncialia, tres quatuor lineas lata pedunculata: pedunculo tomentoso,
vnciam

unciam fere longo, tereti, foliis (4—5) alternis ovato-lanceolatis instructo, supra laete viridibus, subtus pallidis tenuissime pilosis, margine villosis, saepius ferratis, apice acuminatis, pedunculatis, oblique patentibus vel reflexis, persistentibus; superiora foliola longitudine fere amenti inferiora minora magis obtusa; foliolium minimum lanceolatum ad basin amenti ut in mare. *Squamae* (e) oblongae apice acutiusculae, pilis brevissimis vix visibilibus adspersae, versus basin alba hirsutae, colore ex viridi albescente. *Germen* (f) ovato-oblongum, sessile, basi ventricosum, abhinc sensim angustatum, virens, glabrum, squama paulo longius; stylus brevis apice bifidus; stigmata quatuor obtusa, pallide viridi-lutescentia. *Nectarium* (g h) unicum, cylindricum, compressum, apice truncatum lutescens, saepe emarginatum vel bifidum, basi virens, ad basin squamulae sessile. *Capsula* (i) ovato-oblonga, basi ventricosa brevissime pedunculata; maturitate flauicans, apice dehiscens, unilocularis, bivalvis: valvulis primum reclinatis, demum reflexis (k). *Pappus* splendens rectus (l).

FOLIA alterna erecta, lanceolata, acuminata, margine argute ferrata: ferraturis glandulosis fuscis; superne nitida, pubescentia, subtus albida sericea, in extremitate praesertim ramulorum superiorum; inferiora supra glabra nonnunquam subtus glauca, nervus medius albicans, laterales paralleli erecti; semunciam lata fereunciam aut duas uncias cum dimidia longa, petiolata: petiolo breui duas circiter lineas longo, compresso, canaliculato, tereti levissime pubescente. Iuniora folia convoluta; mascula angustiora magis sericea.

Obs. Haec salix locis praesertim ficeis insignem altitudinem (triginta pedum ut HALLERVS refert; et ADANSONIVS arboris huius salicis, diametro novem pedum mentionem fecit,) attingit. Ideoque in ambulacris et ad vias publicas prae reliquis plantari meretur, ubi foliorum argenteo splendore, quo iam e longinquo distinguitur, et ramorum densitate et visum delectat, et corpus a folis ardore defendit; nec crucae folia tam facile arrodunt. Librum sub cortice viride (in vitellina lutescit); lignum album leve, fibrosum, tenax, ferrae et dolabrae resistens. Placet hominibus delicatioribus in Camino, parum enim fumat et aequabili calore ab igne consumitur *). Rami recti et flexiles ad perticas, ad varia vincienda inferviunt.

Cortex

*) *Body of painting by Hamburg, p. 34.*

Cortex adstringit praesertim adultior, sed balsamica vi destituitur. Eius decoctum putredini resistit; iuniorum praesertim ramulorum corticem contra febres intermittentes *) et lumbricos (quos praesertim *S. pentandra* fugit, **) commendant. In cupreo vase coctus cortex lanca et sericea sanguineo, addito pauxillo aluminis cinnamomeo tingit colore. Haec salix truncata melleum stillat humorem. In calidioribus regionibus exsudat Mannam ***).

Sal. vitellinam LINN. huius varietatem esse putat HALLERVS, sed satis inter se differunt. Spuma alba (a *cicata spumaria*) in huius foliis frequens.

SALIX TRIANDRA.

Tab. IX. X. fig. 1. 2. 3. 4.

Salix foliis ferratis glabris, floribus triandris. LINN. *Syst. Veget. Ed. 14. p. 879. n. 2. Syst. Pl. 4. p. 223. n. 2. MILL. Dict. n. 2. GORT. Ingr. 156. NECK. Gallob. p. 394. SCOP. Carn. Ed. 1. p. 409. n. 3. Ed. 2. n. 1214. DU ROI Obs. p. 51. n. 1. EIVSD. Harbk. 2. p. 384. GOUAN. Illustr. p. 76. LEERS Herb. n. 745. DOERR Nass. p. 269. POLLICH Palat. n. 916. MATTUSCHE. Sil. n. 707. EIVSD. Enum. n. 924. RETZ. Prodr. n. 1080. HVDS. Fl. Angl. Ed. 2. p. 425. LEYS. Halens. Ed. 2. n. 986?*

Salix foliis glabris, elliptico-lanceolatis, ferratis, stipulis dentatis, iulis gracilibus triandris. HALL. *Hist. n. 1637.*

Salix foliis elliptico-lanceolatis, vtrinque glabris ferratis appendiculatis. GMEL. *Sib. 1. p. 155.*

Salix folio auriculato splendente, flexilis. RAI. *Hist. 1420. syn. 448.*

Salix folio amygdalino vtrinque virente aurito. C. BAUH. *Pin. p. 473.?*

GMEL. *Sib. 1. p. 155. Tab. 34. fig. 3.*

Mandelweide. Pfirsichweide. Schlickweide. Schelweide. Buschweide. Hagerweide.

Gemeine Korbweide. Pfahlweide. GLEDITSCH *Forstw. 2. p. 5. n. 44*

Die

*) CLOSSIVS *nov. variol. med. meth. p. 128. GVNZ Diff. 2. p. 25;*

***) HARTMANN *Diff. de Salice laurea.*

***) DU HAMEL *Physique des arbres, P. I. p. 152.*

Die Buschweide, Korbweide, Erdweide. *SUCKROW Oecon. Botan. p. 59. n. 1.*

Die dreyfädige Weide. *LINN. Pfl. Syst. 2. p. 400.*

Smooth Willow, Almond leaved Willow. The round ear'd thining Willow. *Angl.*

Saule de feuilles d'Amandier. *Gall.*

Habitat in Heluetia, Sibiria, Germania et ad ripas fluuiorum praesertim fabulosas.

Floret Aprili, Maio. *Capulae* maturescunt Iunio.

DESCRIPTION.

FRUTEX orgyalis vel ultra, rarius arborescens, cortice glabro, ex viridi flauicante vel cinereo obductus vbique fere ramos emittit; rami erecti, alterni tenaces, vel geniculis praesertim fragiles, superiores breuiiores; cortice ex cinereo vel fusco viridescente etiam flauescente, maculis variegatis saepe sanguineis punctis adperso, tecti.

GEMMA amentacea vniualuis: valuula coriacea nigricante vel fusca, ouata vel oblonga, acuminata, apice integra vel subbifida, lineis marginalibus duabus prominulis apice coniunctis cincta; extus subconuexa glabra, intus concaua venulis per longitudinem ductis parallelis percursa. Gemmae laterales duae oppositae, vniualues: valuula membranacea, ouata, villosa; vel amentaceae vel foliiferae. Tubercula ad basin plerumque duo, fusca.

GEMMA foliacea priori minor, vniualuis: valuula membranacea ouata, vel oblonga acuminata apice, integra vel subbifida, lineis marginalibus duabus apice conniuentibus septa; glabra, fusco-nigricans vel fusca, externe subconuexa, interne concaua, dilutioris coloris, supra infraque etiam intra amenta posita. Gemmulae laterales duae minimae, subrotundae vniualues: valuulis fuscis villosis; foliiferae. *Foliatio* imbricata: foliolis (10—12) oblongis, glabris, ad neruos pilosis, intus viridibus.

AMENTA mascula (10—20) alterna, erecta, conica, dein cylindrica, teretia; vncialia primum, demum longiora fescuncialia; iuniora subuilloso, linearia; pedunculata: pedunculo femunciam longo, tereti, subtomentoso vel triphylo (a): foliolis ouato-lanceolatis, supra glabris saturate viridibus, subtrus ad neruum saepe etiam margine pilosis, breuissime petiolatis; primum erectis, postea reflexis cum amentis deciduis; vel tetra-pentaphyllo (b): foliolis ouato-lanceolatis, glabris, subserratis alternis petiolatis, laete viridibus, persistentibus. Amenta a basi versus apicem

apicem sensim explicantur, exinde eorum forma conica. *Squamae* (c) primum laxius imbricatae, postea patentes, remotae; ovatae, obtusae, cochleariformes, e luteo virescentes, subvillosae; anterius pilis raris, breuib; obsitae. *Stamina* tria (d); filamenta erecta, filiformia, distincta, aequali longitudine, intermedio saepe longiori; lateralia spatium angulo Isosceles simile intercipiunt; squama duplo longiora, basi pilosa; antherae subrotundae, didymae, erectae, luteae, ante pollinis effusionem saepe aurantiacae. *Pollen* lutissimum. *Nectarium* anterius (e) subrotundum, apice obtusum rotundatum saepe leuissime emarginatum, lutescens, basi squamulae sessile; *nectarium* posterius (f) in media squamulae cauitate sessile, tenue, gracile, subcapitatum, basi virescens.

AMENTA *feminea* (10—12) alterna erecta, linearia, viridescens, tenuissime villosa, uncialia, fuscuncialia, pedunculata: pedunculo unciali; foliolis (4—5) ovato-oblongis apice acutis sensim latiusculis, ferratis, alternis, erectis vel patentibus, petiolatis, glabris, saturate viridibus; inferioribus binis ovato-lanceolatis minoribus, subtus ad nervum pilosis. *Stipulae* minimae, vel puncta fusca ad basin petioli. *Squamae* (g) ovato-lineares, apice obtusae e viridi albescens, subvillosae, germi appressae. *Germen* (h) oblongum, compressum, glabrum, virescens, linea per medium sulcatum, pedicellatum; absque notabili intermedio stylo coronatus stigmatibus duobus minimis (i) diuaticis, patentibus, medio sulcatis luteo virore saturatis. *Nectarium* anterius basi pedicelli sessile, obtusum, truncatum (k) e luteo viridescens. *Nectarium* posterius minimum? *Capsula* (l) ovata, compressiuscula, luteo-viridis, linea media sulcata, eiusque ductu dehiscens; unilocularis biualvis: valvulis reflexis (m). *Pappus* (n) brevis densus, rectus, pilis per lentem flexuosis, postea dense implexus. *Semina* (o) oblonga basi pappo cincta.

FOLIA (p) alterna ovato vel elliptico-lanceolata acuminata, inferiora ovata, maxima; crassiuscula, supra saturatius viridia, subtus pallidiora, nervo medio albido vel rufescente, prominulo; glabra splendens, reticulo venoso picta, margine ferrata: ferraturis cartilagineis, prominentibus; basi glandulis copiosis, saepe ramosis vel stipulis minutis occupata; petiolata: petiolo semunciali, canaliculato. *Stipulae* (q) amplae, trapezoideae, versus caulem rotundatae, subferratae, glandulis saepe in superiori parte tectae, colore et structura foliorum.

VARIET. I. Mas. Foliis ferratis glabris angustioribus, amentis triandris tenuissimis. Frutex minoris altitudinis. Amenta tenuissima uncialia, pedunculata:

lata: pedunculo foliis angustioribus lineari-lanceolatis acutissimis cincto. Stamina tria; filamenta tenuissima erecta; antherae flavae, minimae. Nec aliter nisi gracilitate a priori diuersa.

2. *Salix auriculata* foliis ferratis glabris lanceolatis omnibus alternis. MILL. *Dict. 9.* (var. b. *Sal. triandr.* DU ROI *Obs. Botan.* p. 51.). *Salix* folio amygdalino utrinque aurito corticem abiiciens. RAI. *Syn.* 3. p. 448. MILLERVS pro diuersa specie habuit, quae quotannis corticem abiiciens ramos fragiles et corticem luteum edit. Flores non descripsit. Cel. GMELIN pro varietate *S. triandr.* *) habet, in eandem sententiam discedit Cel. DU ROI **). Ex auctoritate itaque illorum viro- rum, non ex autopsia, adduxi.

Obs. Lignum album duriusculum. Rami saepius fragiles. Folia variabili magnitudine. Amenta odorata; variant floribus di- et triandris in eodem amen- to ***). Haec salix etiam virgas tenues praebet ad sportas, fiscinas, et crates, qui- bus ripae contra fluminum impulsum muniuntur, et similia conficienda. Cortex leniter adstringens et amaricans. Decoctum aquosum e luteo fuscum, amaricans, cum vitriolo martis nigrescit. Contra tertianam, quod in me expertus sum, eadem, vt *S. pentandra*, pollet virtute.

*) *Fl. Sib.* l. c.

**) *Obs. Bot.* l. c.

***) *HVDS. Angl.* l. c.

HISTORIA
SALICVM

ICONIBVS ILLUSTRATA

A

GEORGIO FRANCISCO HOFFMANN

FASCICVLVS TERTIVS.

Nectarium maximi fecit natura.

LINN.

LIPSIAE

IMPENSIS SIEGFRIED LEBRECHT CRVSII

MDCCCLXXXVI.

HISTORIA

SALICVM

LIBER

GEORGIO FRANCISCO HOFFMANN

INSTITVTVS

LIBRARIVS

1784

LIBRARIVS

INSTITVTVS

EXPLICATIO TABVLARVM
TERTII FASCICVLI

TAB. XI. XII.

SALIX VITELLINA.

- Fig. 1. *Mar.* Amenta in hoc paene omnia explicata ramulo, duobus tantum exceptis, in quorum vnico pedunculo adhuc gemmae valuula adstat. a.
- b. *Valuula* gemmae foliaceae, quae fere eodem tempore cum amentaceis explicantur.
- c. *Squama* cum duobus flaminibus et duplici nectario vario situ depicta, quo melius nectaria conspiciantur.
- d. *Staminum* filamenta, quae nunc
- e. recte protensa, vel
- f. deflexa et diuarcata basi tamen sua connata, et
- f* saepius pilosa.
- g. *Antherae* erecto situ filamentis accommodata.
- h. *Nectaris* anterior pars crassior, vel, si mauis, nectarium anterius saepe
- h* fissum.
- i. *Nectarium* posterius intra squamulam latens, cum anteriori vero coniunctum et foueolam pro filamentorum collocatione efficiens.

Fig. 2.

Fig. 2. *Femina cum amentis florentibus.*

- k. *Squama* cum germine et nectario et etiam germine exento, vt melius in con-
spectum prodeat.
- l. *Germen.*
- m. *Stylus.*
- n. *Stigmata.*
- o. *Nectarium* germinis breuissimo pedunculo adnatum.
- p. *Capsula* integra, dehiscens
- q. *valvulis* primum hiantibus, dein
- r. reflexis.
- s. *Pappus* basi
- t. *femina* feclilis

Fig. 3. *Ramulus cum amentis ad maturitatem peruentis et capsulis quibusdam hiulcatis, feminaque demittentibus.*

TAB. XIII. XIV.

S A L I X F I S S A.

Fig. 1. *Mas.* In hoc ramulo amenta pleraque explicata, flaminibus in maioribus iam fillis.

- a. *Valvula* gemmae amentaceae.
- b. *Valvula* gemmae foliaceae.
- c. *Squama* cum flaminibus duobus magis minusve disiunctis et neclario.
- d. *Filamenta* ita coniuncta, vt pro vno habeas, naturali magnitudine.
- e. *Filamenta* superius tantum diuisa, demum vterius diuergentia,
- f. basi tamen connata.
- g. *Atherae* altero latere, quo prius cohaerebant
- h. planae.
- i. *Neclarium* ad squamae basin sessile, filamentisque adnatum.

Fig. 2. Ramulus foliosus ex masculo frutice.

Fig. 3. *Femina* cum amentis florentibus et foliis superius iam euolutis

- k. *Squama* cum germine et neclario.
- l. *Germen*.
- m. *Stylus*.
- n. *Stigmata* primum erecta, dein
- n* patentia.

O

o. Necla-

- o. *Nectarium* basi germinis fertile.
- p. *Capsula* dehiscens
- q. *valvulis* reflexis.
- r. *Pappus*.
- s. *Semen*.
- t. *Pappus* inuersus, vt circulus, in quem colligitur, conspiciatur.

Fig. 4. Ramulus femineus cum capsulis maturis et foliis.

TAB. XV. XVI.

S A L I X D E P R E S S A.

Fig. 1. *Mar.* Fruticuli pars e radice abscissa cum ramulis nouellis florentibus.

- a. *Gemmae* valuula amentacea.
- b. *Gemmae* valuula foliaceae.
- c. *Squama* a latere et anterieus depicta, cum duobus staminibus et neclario.
- d. *Staminum* filamenta,
- e. cum neclario e squamula exemta.
- f. *Antherae*.
- g. *Neclarium* cum filamentis cohaerens.

Fig. 2. Ramulus foliofus ex fruticulo mafculo.

Fig. 3. *Femina.* Fruticuli feminei pars, quae amenta gerit explicata.

- h. *Squama* cum germine et neclario.
- i. *Germen*.
- k. *Stigmata*.
- l. *Neclarium* bafi pedunculi feflile.

m. *Copfula*

m. *Capsula* dehiscens

n. *valvulis* reflexis.

o. *Pappus*.

p. *Semina*.

Fig. 4. *Femina* cum amentis maturis et capsulis dehiscentibus, pappumque euomentibus.

SALIX VITELLINA.

Tab. XI. XII. Fig. 1. 2. 3.

Salix vitellina; foliis ferratis, ovato-lanceolatis, acutis, supra glabris: ferraturis cartilagineis.

Salix vitellina; foliis ferratis, ovatis, acutis, glabris: ferraturis cartilagineis, petiolis calloso-punctatis. LINN. *Syst. Veget. Ed. 14. p. 879. n. 6. Syst. Pl. 4. p. 224. n. 5. Hort. Ups. 295. MILL. Dict. n. 4. WEIG. Fl. Pom. n. 619. NECK. Gallob. p. 394. DU ROI Obs. p. 52. n. 2. EIVSD. Harbk. 2. p. 393. LEERS Herb. n. 747. DOERR. Nass. p. 270. MATTSCHKE. Sil. n. 799. EIVSD. Enum. n. 926. RETZ. Prodr. Fl. Scand. n. 1083. HVDS. Fl. Angl. Ed. 2. p. 426. ALLIONI Fl. Pedemont. n. 1960.*

Salix lento vimine et squama florali flavis, foliis elliptico-lanceolatis, subtus sericeis. HALL. *Enum. p. 152.*

Salix arborea, foliis ellipticis, lanceolatis, subtus sericeis, dentibus crassescens. HALL. *Hist. n. 1635. Var. β.*

Salix foliis lineari-lanceolatis, acuminatis. GVETT. *Stamp. 1. p. 206?*

Salix lutea, tenuior, fatiua, viminea. I. BAVH. *Hist. 1. p. 214. RAI. Hist. 1421. n. 7.*

Salix fatiua lutea, folio crenato. C. BAVH. *Pin. 473. DILL. Giff. p. 42. RVPP. Ien. Ed. 2. p. 331.*

Salicis alterum genus. FUCHS *p.* 335.

Salix vitellina. CORD. *in Diosc. l. c.* 137.

Salix tenuifolia dentata. MÜNTING. *l. c.* 12.

Gelbe Weide. Gelbe Bind- oder Bandweide. Gelbe Kieferweide. Dotterweide.

Goldweide. Gelbe Haarweide. Perlweide. Gelbe, rothe, braune Bandweide.

GLEDITSCH *Forstw. 2. p. 4. n. 42.* HOECK. *Gesch. p. 16.*

Die gelbe Weide, gelbe Bindweide, Goldweide. SVCKOW *Oec. Botan. p. 60.*

n. 4. p. 360. n. 1.

Die gelbe Weide. LINN. *Pfl. Syst. 2. p. 495.*

The Osier, longleav'd yellow, goldstring Willow. *Angl.*

Osier jaune. DU HAMEL *p.* 248.

Saule Osier. DE LAMARCK *Fl. Franc. 2. p. 590.*

Amarinier, Bois jaune. *Gall.*

Habitat in Europa temperatiore, ad vias, ad ripas fluuiorum et ad fossas.

Floret Maio. *Capulae* maturefcunt Iunio.

DESCRIPTION.

ARBOR mediocris; caudex adscendens, erectus, arboreus teres, supra ramosus: ramis copiosis erectis, in arbore saepius putata strictissimis; in femina ramuli florentes penduli, vel deflexi, superius leuissime tomentosi, in mare saepe breuiiores diffusi; tenacissimi, epidermide vitellina, vel ex viridi, vel aurantio lutescente obducti.

GEMMA *amentacea* (a) vniualuis: valuula ouato-subulata, apice acuminata subbifida, leuissime tomentosa, lineis marginalibus binis ac prominentibus cincta; externe subconuexa, basin versus magis complanata; colore ex cinereo, vel fusco lutescente; interne excauata pallida, venulis aliquot obscurioribus, praesertim sub linearum marginalium cauitate, percurfa. Tuberculum vnum, alterumue in ea tuberositate, cui infidet gemmae valuula.

GEMMA *foliacea* (b) vniualuis: valuula priori minore ex ouato breuissime acuminata, apice integra, vel subbifida, lineis marginalibus obtusioribus circumscripta, subconuexa, plerumque glabra, excepto tenuissimo tomento, quod saepius apicem valuulae obducit; colore ramuli vel pallidiore; supra amenta rarius,

rius, subtus ea frequentius locata. *Foliatio* lineari-lanceolata, conuoluto-imbricata; foliis constans (6—7) in mare lanceolatis acutis, externe sericeis, in femina ouatis margine et neruo medio tantum pilosis; superioribus citius explicatis.

Amenta mascula (6—7) alterna, erecta primum, dein reflexa, flexuosa, subhirsuta, cylindrica, gracilia, apicem versus paulo angustiora, biuncialia, vel longiora pedunculata: pedunculo femunciali tereti, tomentoso, tri-tetraphyllo: foliolis ouato-oblongis reflexis, margine et medio neruo pilosis, apice fuscis et inflexis, breuissime petiolatis, magnitudine diuersis. Alia nempe foliola inprimis superiora lanceolata, alia breuiora et apicem versus latiora, sed semper minora, quam in femineis amentis, etiam si *S. alba* masculis amentis maiora. Foliolum paruum, vel squama fusca ouata, in angulo, quem pedunculus et ramus interceptiunt, non raro affident. Amenta ex media parte basin versus, postea apice efflorescunt. *Squamae* (c) imbricatae, laxe dispositae, ouato-lanceolatae, leniter concauae, apice acuminatae, sensimque basi angustatae, pilis simplicibus breuissimis adspersae. *Stamina* duo (d); filamenta erecta, vel reflexa (e f), filiformia, luteo-alba, squamam longitudine superant; basi connata, paucis et breuissimis pilis saepius obsita (f*); antherae subrotundae, paruae, didymae, erectae, luteae (g). *Pollen* sulphureo colore. *Nectaria* duo, quorum anterius (h) paruum subouatum, truncatum, rotundatum, bifidum non raro ad basin usque (h*), colore lutissimo; posterius (i) vero cum anteriori connatum, foueam constituunt, pro filamentorum receptione; concolor cum anteriori, lineare et longius illo, intra filamenta et squamulae concauitatem locatum.

Amenta feminea (6—8) alterna, primum erecta, dein vero ad omnem directionem flexa, cylindrica, teretiufcula, bi-triuncialia, pedunculata: pedunculo subtomentoso, vnciali, fescunciali, tereti, foliis (4—5) instructo; superioribus binis oppositis, vel alternis maioribus patentibus, ex ouato oblongis, integerimis, in obtusum subfuscum acumen desinentibus, margine et apice subpilosis, inflexis, superne subconuexis, glabris, splendentibus, inferne pallidioribus; inferioribus foliolis minoribus, frequenter ad neruum medium pilosis, caeterum similibus, persistentibus. Foliolum paruum lanceolatum, vel inter reliqua foliola, vel ad amentorum basin saepius collocatum. *Squamae* (k) imbricatae lineari-

lanceo-

lanceolatae, apice acuminatae, pilis brevissimis obsitae, basi tomentosae, colore ex albido lutescente, demum subfuscae. *Germen* (l) ovato-oblongum, fere sessile, basi ventricosum, sensimque angustatum, pallide luteum, glabrum, squama vix longius; stylus brevis, bifidus (m); stigmata duo, obtusa, crassiuscula, incisiva (n) lutea. *Nectarium* anterius (o) simplex, breue, truncatum, ex superiori latiori parte basin versus angustum, pedunculo germinis brevissimo insidens, colore lutissimo. *Capsula* (p) ovato-oblonga, acuminata, basi ventricosa, brevissime pedunculata, maturitate e viridi lutescens, vel subfusca, apice dehiscens, unilocularis, bivalvis: valvulis primum hiantibus (q), dein reclinatis, postremo reflexis (r). *Pappus* (s) brevis, rectus, basi seminum sessilis. *Semina* (t) linearilanceolata, minutissima, viridiuscula.

FOLIA alterna, erecta, ovato-vel elliptico-lanceolata, acuminata, margine subserrata; ferraturis glandulosis, subfuscis; superiora folia superne subpubescentia, margine et subtus albida, subsericea, media supra glabra nitida, subtus glauca, vel caesia; inferiora integerrima; nervus medius seu cardinalis in omnibus lutescit, per medium folium ductus; laterales copiosi, paralleli, sursum directi. Folia longitudine variant, plerumque tres uncias longa et unciam lata; in feminea arbore semper latiora; splendens et virore saturato; in mascula magis pubescunt; petiolis tres, quatuorve lineas longis, compressis, canaliculatis, levissime pubescentibus. Stipulae nullae. Glandulae rarissimae.

Obs. Liber lutescens. Cortex in adultiore arbore cinereus, rimosus, intus cinameo colore; in iunioribus vel ramis constanter vitellinus; sapore amaro, adstringente. Lignum album tenacissimum, flexile; ideoque ad ligamina rusticorum, ad corbes faciendos, ad vites vincendas, et ad varium usum oeconomicum ob flexibilitatem et tenacitatem servit haec Salix. In arborem saepe proceram excrevit; locis provenit sabulosis. In femina sibi relicta rami penduli sunt, quibus iam e longinquo ab aliis facile dignoscitur, saepius putata arbor ramos emittit strictissimos. Pappus tenuis, papyrus exinde confecit SCHARFFERVS *), rudem quidem et fragilem; etiam pappum Gossypii vices docuit explere praefertim S. pentandrae Cl. WESTBEK **). Cortex inseruit etiam ad tingenda, variis

*) *Versuche ohne alle Lumpen etc. Papier zu machen. Regensb. 1769. 1772.*

***) WESTBEK *Swenk. bomull. p. 9.*

variis coloribus, addito inprimis lixiuio et fermentatione paratis *). Masculae arbores rarius et plerumque minores femineis occurrunt.

HALLERVS hanc Salicem varietatem *S. albae* esse putavit. In medicina ut recipiatur certe non indigna est. Extractum eius valde amarum, febrifuga vi eadem, ut plures Salices, praestans.

9.

S A L I X F I S S A.

Tab. XIII. XIV. Fig. 1. 2. 3. 4.

Salix fissã; foliis integris, oblongo-lanceolatis, acuminatis glabris.

Salix Eleagnos; filamentis vnico, bifido; ramis antheriferis. SCOP. *Carn. Ed. 2.*
n. 1210?

Die gespaltene Weide.

Habitat in Europa ad ripas sabulosas fluuiorum, ad scaturigines, in Salicetis.

Floret Aprili. Capsulae maturescunt Maio.

D E S C R I P T I O.

FRUTEX orgyalis, saepius arborefcens, arbore tunc tenui, orgyas duas tresue alta; cortice cinereo glabro obductus; rami diffusi, vndique sparsi, virgati glabri, tenaces; superiores longiores; cortice cinerascete viridi, vel luteo, etiam subfusco tecti, nitente, saepius punctis minutis griseis adsperso.

GEMMA *amentacea* (a) vniualuis: valuula ouata, acuta, tenuis, scariosa, apice integra, rarius incisa, lineis binis lateralibus obtusis, apice confluentibus circumscripta; externe subconuexa, glabra, subfusca, basi saepissime brunna, vel nigricans; interne castaneo colore venulis aliquot nigris parallelis picta. Ad basin valuulae tubercula saepe duo, vel tria perparua.

GEMMA *foliacea* (b) terminalis vniualuis: valuula priori non raro ultra dimidium minore, oblonga, obtusa, integra, vel apice incisa, colore pallide fusco, vel ramulo concolore, glabro, lineolis binis lateralibus saepe in formam coni circumscripta, intus colore paulo saturatori, venulis obscurioribus percursa; supra

*) SIEFFERT. II. 204.

et infra amenta saepissime etiam inter ea posita. *Foliatio* lineari-oblonga, oblique saepe ramulo adpressa, foliola laxè imbricata (6—7), lineari-lanceolata, longitudine aequali, pallide viridula, externe tenui serico obducta.

Amenta mascula alterna, incerto numero, nunc sparsa (3—4), nunc alternantia (10—12), ouato-cylindrica, apice obtusa, primum erecta, dein magis horizontaliter patentia, recta, vel etiam varie flexa, vncialia, fescuncialia, brevissime pedunculata: pedunculo sat firmo, tomentoso, foliolis plerumque binis oppositis, vel tribus, quatuor, cruciatim fitis cincto, lineati-lanceolatis, patulis, vel erectis, pallide viridi colore, superne glabris, subtus et margine tenuiter sericeis, apice subacutis. Amenta, priusquam stamina ultra squamas egressa sint, rubent, dehinc lutei coloris sunt; subhirsuta, a superiori sensim progrediendo ad mediam et imam partem efflorescunt, saepe etiam, ut in *S. monandra*, ex media vnius lateris parte prius euoluuntur stamina. *Squamae* (c) imbricatae, ouatae, planae, leuiter excavatae, densis et rectis pilis obsitae, feminigrae, dein rubicundae, basi lutescentes. *Stamina* duo; filamenta primum inter se ita cohaerentia, ut vnum tantum filamentum, fere ut in *S. monandra*, constituere videantur (d); quod sensim finditur in duo filamenta (e) filiformia superius diuergentia, basi sua tamen connata (f), squama longiora; antherae (g) subrotundae, vel ouatae, compressae vno latere, quo prius inter se cohaerebant, planae (h), didymae, quadriloculares, primum croceae, dein lutescentes, emarcidae subfuscae, (in *S. monandra* nigrae). *Pollen* pallide sulphureum. *Nectarium* (i) vnum, anterius, viridescens, apicem versus lutescens, subcylindricum, obtusum, basi latius ventricosum, ad squamae basin sessile, filamentis adnatum.

Amenta feminea (6—12) alterna, vel sparsa pauciora, cylindracea, minora masculis, vncialia circiter, etiam breviora, apice obtusa, erecta, vel patentia, matura reflexa, subpilosa, breuiter pedunculata: pedunculo sat firmo, tomento sericeo obducto, foliolis (2. 3. 4.) instructo, lineari-lanceolatis patentibus, vel reflexis, supra glabris, subtus tantum ad neruum medium pilosis, maioribus plerumque, quam in masculis amentis, colore pallide vel ex luteo viridi. *Squamae* (k) imbricatae planae, ouatae, apice obtusae, rotundatae, nigrescentes ultra mediam partem, basi virescentes, pilis rectis strictis obsitae. *Germen* (l)

ouato-

ouato-oblongum, vel pyriforme, albido villo obductum, basi ventricosum subrotundum sessile, supra squamam paululum productum; stylus (m) brevis tenuis, lutescens; stigmata duo, primum erecta (n), dein patentia, stylo tum longiora, eoque latiora, linearia, linea per mediam partem transuersim ducta exarata, sublutea. *Nectarium* vnum, anterius, lineare, gracile, planum, truncatum, basi geminis sessile (o), colore stigmatum, vel paulo viridior. *Capfula* (p) ouato-subulata, albido-cinerea, subcinerea, lateribus angulosis compressis; dehiscens per mediam commissuram, unilocularis, bivaluis (q): valvulis reflexis, apice revolutis. *Pappus* brevis, densus, pilis rectis, tenuissimis nitidis (r). *Semina* minutissima, virescentia, lineari-oblonga (s), basi pappo in circulum collecto (t) cincta.

FOLIA (*Fig. 2.*) alterna, oblongo-linearia, vel lineari-lanceolata, integra (si lenti subiiciantur saepius tenuissimis denticulis, vel potius glandulis notata) apice acuminata, basi sensim angustiora, fere vt in apice, superne glabra, obscure et cinereo-viridia, inferne pallidiora, pilis tenuissimis et vix, nisi per lentem, conspicuis adpersa, vt potius glabra dicenda sint, uncias duas, tresve longa, femunciam maiora lata; neruus medius rectus prominens per medium folium ductus, ex albido leuissime rufescens, nerui laterales ita tenues, vt vix appareant; petiolus brevis, teres, glaber, saepe contortus. Stipulae et glandulae nullae.

Obs. Cum *S. monandra*, praesertim florendi tempore, aliquam similitudinem habet, sed stamina fissa et folia satis eam distinguunt. Femina ab aliis salicibus eodem tempore et promiscue cum hac florentibus follicite distinguenda, quae nunc amentis maioribus et stigmatibus latioribus, vel alio modo diuersis, gaudent, nunc foliis plus minusue subtus incanis et maioribus occurrunt, quae ad alias adhuc nondum determinatas species pertinent. Cortex amaricans adstringens, liber virescens, lignum flexile quidem, sed debile et nullius tenacitatis.

10.

S A L I X D E P R E S S A.

Tab. XV. XVI. Fig. 1—4.

Salix depressa; foliis integerrimis, ouato-oblongis, supra glabris, subtus ferrugineis.

Salix

Salix repens; foliis integerrimis, lanceolatis, vtrinque nudiusculis, caule repente.

LINN. *Syst. Veget. Ed. 14. p. 880. n. 27?* *Syst. Pl. 4. p. 231. n. 25?* LIGHTF. *Fl. Scot. 606?* RETZ. *Prodr. Scand. n. 1099?*

Salix repens; foliis integerrimis, lanceolatis, vtrinque subpilosis, caule repente.

LINN. *Syst. Nat. p. 646.?* *Sp. Pl. p. 1020. n. 23?* *Fl. Suec. Ed. 2. n. 896?* GVN. *Noru. n. 989?*

Salix repens. SCOF. *Carn. Ed. 2. n. 1213.*

Salix repens; foliis integerrimis lanceolatis, subtus villosis, nitidis. HUDS. *Fl.*

Angl. Ed. 2. 428. var. β?

Salix alpina pumila rotundifolia repens, inferne subcinerea. C. B. *Pin. 474?*

Salicis pumilae latifolium Genus I. et II. CLVS. *Hist. p. 85.*

Die Sumpfsweide, niederliegende Weide.

Habitat in Europae fyluis, locis vlginosis depressis, inter vaccinium oxycoccos.

Floret Maio. Capsulae maturefcunt Junio.

DESCRIPTION.

FRUTICVLVS depressus, radice crassa repente, rugosa, nodosa, nigricante; ramulis sparsis partim procumbentibus, partim erectis; biennibus et annosioribus nodosis, glabris, rufescentibus, vel e viridi sordide lutescentibus, digitali et palmari altitudine; nouellis ramulis fusco-cinereis, gemmis vndique obfessis, tenuissima pube obductis, praesertim florentibus; tenacibus.

GEMMA amentacea (a) vniualuis: valuula subrotunda, vel ouali, glabra, apice obtusa, incisa, saepe bifida, lineis marginalibus duabus cincta, obtusis et rectis; externe ventricosa, vel conuexa, colore nigricante, vel castaneo, interne concaua, colore pallide fusco, auenia, substantia tenuis coriacea; tubercula rarius adfunt, minima.

GEMMA foliacea (b) vniualuis: valuula minima subrotunda, obtusa, apice bifida, saepe in duas partes diuisa, externe conuexa, ex fusco nigricans, glabra, (per lentem tamen subhirsuta); lineolae laterales parum distinctae a valuula; supra amenta pauciores gemmae plerumque terminantes ramulum proueniunt, infra ea pleraeque positaе sunt. *Foliatio* ouata, foliolis constat (9—10) imbricatis,

bricatis, ouatis vtrinque glabris, margine, etiam aliis subtus sericeis, nitidis, superne saturate viridibus, apice saepe rubris.

Amenta mascula (2—3) sparsa, adproximata, vel alterna (10—12), erecta, ouato-oblonga, subvillosa, femunciam circiter longa, lineas aliquot lata, breui et tereti subpiloso pedunculo insident, foliolis paruis, vel potius squamis, ouatis erectis, vtrinque glabris et viridibus, margine vel etiam subtus tenuissime sericeis, breuissime petiolatis cincto. Amenta ex basi apicem versus efflorescunt. *Squamae* (c) imbricatae, obouatae, apice obtusae subrotundae, fuscae, subvillosae, basi angustatae, lineares fere et canaliculatae, breuissimis et tenuissimis pilis oblitae, colore pallide viridi, potius planae, quam concauae. *Stamina* (d) duo; filamenta erecta, ratione squamarum longissima stricta, filiformia, albida, basi glabra, cum nectario cohaerent (e); antherae (f) paruae subrotundae, erectae, luteae, apice saepius rubrae, didymae quadriloculares. *Pollen* flauum. *Nectarium* (g) simplex erectum, conicum, viride, anterius, basi flaminum sessile.

Amenta feminea (6—10) alterna, etiam sparsa, erecta, ouato-oblonga, subvillosa, femunciam longa, etiam breuiora, pedunculata: pedunculo tereti, subvillosa, plerumque longiore, quam in masculis amentis, foliolis cincto (4—5) ouato-lanceolatis, vel oblongis, supra viridibus glabris, subtus et margine villosis nitidis, apice saepe rubris, fere sessilibus aut breuissime petiolatis. *Squamae* (h) imbricatae oblongae obtusae apice et subvillosae: pilis tenuissimis breuibus, rectis, basi et externa squamae parte rarioribus; colore pallide viridi, maxima parte fusco. *Germen* (i) ex ouato oblongum, vel lanceolatum, pedunculatum, subuiride subvillosum albidum, squama longius, sensimque ex ventricosa parte in stylum breuissimum angustatum, ex viridi lutescentem; stigmata duo, erecta, minima, incisa saepius (k), lutescentia, in siccitate subfusca. *Nectarium* minimum basi pedunculi sessile, subuiride, oblongum, apice obtusum (l). *Capsula* (m) ex ouato subulata, acuminata, basi ventricosa, maturitate ex viridi pallide lutescens, subglabra, vel tenuissime villosa, per mediam commissuram dehiscens, unilocularis, bivaluis: valuulis reflexis (n). *Pappus* tenuis, mollis: pilis tenuissimis, albis nitidis; basi feminum sessilis (o). *Semina* (p) viridiuscula linearia, truncata.

FOLIA (Fig. 2.) erecta, alterna, margine integerrima, vnciam longa, femunciam lata, inferiora praesertim ovato-lanceolata, superiora magis ovato-oblonga, vel exacte ovata, acuta, inferiora apice potius obtusa, superne glabra, saturate viridia, venosa: venulis eleuatis, reticulatis; inferne sericea nitentia, in aliis, quae tenuiori serico obducta sunt, potius glauca apparent; neruus medius seu cardinalis, rectus prominens, fusco-pallidus, laterales tenerrimi, alterni; petiolus brevis, crassus, subsericeus. Stipulae et glandulae nullae.

Obs. Synonyma, quae Salici huic respondeant, difficiliora extricatu non minus certe, quam quae congeneribus et valde confimilibus, Salicibus nempe arenariae, incubaceae, fuscae etc. LINNAEVS Salicem suam repentem folia habere vtrinque nudiuscula, praeterea vero in *Flora Suecica* vtrinque subpilosa dixit; quod vtrumque nostrae obstat, cui folia superius sunt glabra, inferius autem sericea. A Salice fusca, si quis cum hac permiscere vellet, distat, quod in illa folia amentis superiora nigrescant, quae in hac aequalem etiam exsiccata conseruant colorem, vt taceam de figura certe nitida *Jacquiniana*, quam LINNAEVS Salici suae fuscae adposuit, sed a nostra Salice ea longe discrepat. Ad nostram, Salicem serpillifoliam quoad habitum, Cl. SCOPOLI sic nominatam, pertinere dixissem, nisi folia vtrinque glabra, et locus HALLERI *Hist. n. 1646.* illi adpositus, (qui vero, vt mihi videtur, potius S. herbaceam LINN. indicat) hoc plane prohibuissent. HUDSONIVS sub nomine S. repentis varietates aliquas, quae diversae Linneanae species sunt, comprehendit. Hisce omnibus computatis, melius nouum nomen, quod ei imposui, quam incertum et vagum duxi; minus etiam de aliorum denominatione curiosus, quae nisi viuis variorum auctorum specimenibus inter se comparatis, determinanda; quam de certis et accuratis figuris, et descriptionibus ex omni parte perfectis sollicitus.

HISTORIA
SALICVM

ICONIBVS ILLUSTRATA

A

GEORGIO FRANCISCO HOFFMANN

FASCICVLVS QVARTVS.

Nectarium maximi fecit natura.

LINN.

LIPSIAE

IMPENSIS SIEGFRIED LEBRECHT CRVSII

MDCCCLXXXVII.

HISTORIA

S. A. L. I. C. V. M.

CONSTITUTION

OF THE

REPUBLIC

OF THE

STATE

OF NEW YORK

EXPLICATIO TABVLARVM
QVARTI FASCICVLLI

TAB. XVII.

SALIX MYRSINITES.

- Fig. 1. *Mas*, cum amentis explicatis ramulus.
 a. Squama cum flaminibus et neclario a latere naturali et aucta mole depicta.
 b. Eadem a posteriori conuexa parte, naturali forma.
 c. Neclarium.
- Fig. 2. *Mas*, ramulus, in quo folia quidem explicari sensim incipiunt, et amenta in eo sunt, vt flamina plane euoluantur.

TAB. XVIII.

SALIX MYRSINITES.

- Fig. 1. *Femina*, cum amentis florentibus.
 a. Squama cum germine et neclario, naturali et aucta forma.
 b. Squama a posteriori conuexa parte spectata, naturali forma.
- Fig. 2. *Femina*, cum maturefcentibus capsulis.

TAB. XIX.

SALIX MYRSINITES.

- Femineus ramus cum maturis capsulis et explicatis foliis depictus.
 a. Capsula integra,
 b. dehiscens haec, valvulis reuolutis.
 c. Pappus cum femine.

TAB. XX.
SALIX HERBACEA.

Fig. 1. Femina.

- a. Germen cum squama ab anteriori,
- b. a posteriori facie conspectum, naturali et augmentata figura.
- c. Germen nudum in quo pedicelli cum anteriori,
- d. nectario et
- e. posteriori connexio conspici potest.
- * Ramulus annuus.

Fig. 2. Feminea arbuscula ex Lapponia statura eminentiori.

Fig. 3. Mascula arbuscula.

- f. Squama cum Nectario et staminibus,
- g. ab anteriori facie spectata, duplici adparente nectario, aucta mole.
- h. Squama nuda.
- i. Stamina cum adnatis nectariis, naturali forma.
- k. Nectaris duo, modice aucta.
- * Folium squamosum.

Fig. 4. Arbuscula feminea cum matura et fissa capsula.

- l. Capsula integra, naturali magnitudine.
- m. Semen pappo cinctum.

TAB. XXI.

SAL. CAPREAE FOLIA DIVERSA FORMA AC MAGNITVDINE.

Fig. 1.

- a. Folium ovatum margine dentatum, forma admodum frequenti.
- b. Ex maximis folium, quod praesertim in iuniori frutice non raro occurrit, margine crenato-vndulato; aversa pagina depictum. Haec varietas *latifolia* (TABERN. 1038.) non immerito vocatur.
- c. Aliud folium ex superioribus ramulis, in cuius media et infima parte etiam alia, forma (a) occurrunt, orbiculatum et apice inflexum. *Latifoliae rotundae* (BAVH. pin. 474.) varietas haec videtur.
- d. Foliorum fasciculus, forma ovata utrinque acuta (*Hist. sal. p. 28. var. 1.*), inferiora folia non raro margine vndulata et crenata esse solent (Fl. Lapp. 365. t. 8. f. f.) Hanc varietatem malle *laevifoliam* vocare, quum ut plurimum forma constantiori et non ita mutabili, ut in prioribus foliis, quae promiscue saepe in

vno eodemque ramulo crescunt, esse soleat; salix foliis integris subtus villosis ovato-lanceolatis utrinque acutis. *Fl. Lapp. 361. Tab. 8. fig. n.* hanc etiam indicare videtur, saltem figura plane respondet.

Fig. 2. Folia *sal. viminalis*.

- a. Decata portio rami foliosi *sal. viminalis*.
- b. varietas alia *angustifolia* (*Hist. sal. p. 25. var. 3.*), aetate et magnitudine, ut videtur, a priori diversa (*Chlor. Lugd. p. 29. var. 3. vimin.*)
- c. Varietas foliorum, quae breviora et serico crassiore obducta esse solent, promiscue cum priori crescens.

T A B. XXII.

SAL. AVRITAE FOLIA DIVERSA.

Fig. 1. Ramulus *sal. auritae* foliis integris verticaliter ovatis. (*Hist. sal. p. 32.*) *Fl. Lapp. 369. Tab. 8. Fig. 9.*

- a. Folium in aliis ramulis magis rotundum apice, tomentosum, margine undulato-ferratum.
- b. Folium aliud oblongum, margine levissime undulatum, ex annosiori ramulo, et averfa pagina depictum.
- c. Ex inferioribus ramulis folium adhaerentibus auriculis, averfa pagina depictum.
- d. fasciculus foliorum *sal. auritae*. (*Hist. sal. p. 30.*)

Fig. 2. *sal. acuminatae* ramus foliosus.

- e. Folium ex annuis ramulis nondum plane explicatis.
- f. Ex inferioribus, fruticis folium.
- g. Aliud obverse oblongum folium et apice obtusum, sine stipulis et averfa pagina depicta. Hac figura praesertim inferiora folia occurrunt.

TAB. XXIII.

SAL. MONANDRAE FOLIA.

Fig. 1. Ramulus *monandrae* foliosus.

a. Folium vnum ex inferioribus ramuli obuerse ovatum et apice obtusum.

Fig. 2. *sal. triandrae* ramus foliosus.

b. varietas foliis angustioribus. (*Hist. sal.* p. 47. var. 1.)

c. varietas foliorum ferraturis magis prominentibus et inaequalibus.

d. Alia varietas folio obuerse ovato ferrato, petiolo longissimo.

TAB. XXIV.

Fig. 1. Ramulus foliosus *salicis vitellinae* Feminae.

Fig. 2. Ramulus foliosus *sal. myrsinit.* cum stipulis.

Fig. 3. Ramulus foliosus *sal. alb. maris.*

SALIX MYRSINITES.

Tab. XVII—XIX. Fig. 1—5. Tab. XXIV. Fig. 2.

Salix myrsinites; foliis ferratis glabris, ouatis, subdiaphanis.

Salix myrsinites; foliis ferratis glabris ouatis, venosis. LINN. *Syst. veget. Ed. 14.*
p. 879. n. 14? *Syst. Pl. 4.* p. 227. n. 13. *Fl. Suec. Ed. 2. n. 885.* GVN. *Norv.*
n. 595. GOVAN *Ill. 76.* RETZ. *Prodr. Scand. n. 1088.* LIGHTF. *Fl. Scot. 599.*
HVD. *Fl. Angl. Ed. 2. p. 427.*

Salix myrtillofolia spica crassissima. HALL. *Enum. p. 153.*

Salix foliis ouato lanceolatis teneris ferratis, stipulis lanceolatis. HALL. *Hist.*
n. 1647.

Salix foliis subferratis glabris subdiaphanis subtus glaucis, caule suffruticoso.
GMEL. *Sib. 1. p. 166?*

Salix latifolia folio vtrinque glabro, superne splendente. SCHEVCHZ. *It. 1. p. 17?*

Salix alpina pumila myrsinites. PONT. *Comp. 149.*

Salix foliis ferratis glabris ouatis. *Fl. Lapp. 353. Tab. 8. Fig. f. Tab. 7. Fig. 6?*

Salix foliis ferratis glabris verticaliter ouatis. *Fl. Lapp. 352? Tab. 8. fig. e* (quae
melius respondet.)

Die glänzende Weide. LINN. *Pflanz. Syst. 4. p. 555.*

Die myrtenblättrige Weide. SVCKOW *Anfangsgründe der Bot. 2. p. 41. n. 13.*

Whortle leav'd Wil'ow, Mountain Willow. *Angl.*

Krina-vie. *Norv.* Seiedgaskjerre. *Lapp. östfimm.*

Habitat in alpihus Lapponiae, Heluetiae, Italiae, Germaniae.

Floret Iunio. Capsulae maturefcunt eodem mense.

DESCRPTIO.

FRUTEX aliquot pedes altus; caulis glaber cortice fusco vel nigricante obductus, rami diffusi, erecti; Maris longiores, Feminae breuiores diuaticati; superius saepe tomento cinereo velati.

GEMMA *amentacea* vniualuis: valuula ouata vel oblonga in Mare, subrotunda magis in Femina, apice emarginata, raro incisa vel bifida, angulis seu lineis marginalibus binis, pone marginem superiorem conniuentibus, septa; externe conuexa, tomentosa vel subhirsuta basi, colore fordide et cinereo fusco, vel nigricante; si valuulae glabrae sint externe per lentem subtilissime striatae apparent; intus pallidiores, venulis aliquot perfusae. Tubercula ad basin nulla.

GEMMA *foliacea* vniualuis: valuula priori minore, ouata vel subrotunda, ventricosa basi, apice obtusa, emarginata, raro bifida, lineae marginales pone apicem confluunt; externe conuexa tomentosa vel subhirsuta basi, fordide cinereo vel nigricante colore; interne concaua pallidior venosa; supra et infra amenta locata. *Foliatio* oblonga, linearis imbricata, foliolis (6—7) glabris, teneris pellucidis, neruo dorsali pilosis, ouatis constans.

AMENTA *mascula* (4—5) alterna conferta, subuillofa, oblonga vel exouato oblonga, vncialia, fescuncialia, frequenter secunda, erecta vel inflexa, pedunculata: pedunculo breui, aliquot circiter lineas longo, hirsuto, foliolis paruis squamosis (3—4) lanceolatis erectis, externe pilosis viridibus cincto. Amenta plerumque e basi efflorescunt. *Squamae* imbricatae ouato-lanceolatae vel oblongae, apice e fusco rubrae, basi albido-virescentes, sparsis et flexuosis longis pilis apice et externe hirsutae (ab). *Stamina* duo; filamenta erecta, filiformia, squama longiora, basi connata, glabra et nectario plerumque adnata. *Antherae* subrotundae, erectae didymae, colore luteo ante explicationem saepe fuluo apice. *Pollen* luteum. *Nectarium* (c) lineare compressum, truncatum viridescens.

AMENTA *feminea* (3—5) alterna erecta vel reflexa breuiora masculis, femuncialia dum florent, ouato-oblonga, tenuissime hirsuta, breui villoso pedunculo instructa, foliolis maioribus quam in mare ouato-oblongis vel lanceolatis, margine subtiliter ferratis posterius ad neruum pilosis cincto. Sensim fiunt maiora amenta, vt in omni femineo amento fieri solet, germinibus in capsulas productis, tumque etiam foliola paulo excrescunt. *Squamae* planae oblongae, ouato-

lan-

lanceolatae, obtuse acuminatae, pilis longis flexuosis et raris oblitae; anterius subfuscae in rubrum vergentes, posterius flauo-virescentes (b). *Germen* (a) ouato-lanceolatum, glaberrimum, breuiter pedicellatum et in breuem stylum attenuatum, coloris obscure viridis; stigmata duo crassiuscula, fulcata, apice inaequaliter incisa, colore flauescente. *Nectarium* simplex, basi pedicelli sessile, truncatum, planiusculum flauescens. *Capsula* (Tab. 19. a b c) ouato-lanceolata, basi ventricosa, pedicellata, glaberrima, maturitate e viridi flauicans, apice dehiscens unilocularis bivaluis: valualis primum reflexis, demum reuolutis. *Pappus* splendens densus. *Semina* lanceolata pappo cincta.

FOLIA in ramulis, quae amenta proferunt, et eodem tempore, quo haec videntur, conferta alterna, exacte ouata vel obuerse ouata, vtrinque glabra, tenuissimae pellucida fere, apice obtuse prominula, patentia, subtus venosa, petiolo firmo breuiori tomentoso instructa, infima oblonga et minora; per marginem, ut et apicem versus crenaturis acutis plurimis notata (Vacc. myrtill. simillima); stipulis tum temporis nondum apparentibus, vel minimis earum loco punctis et laciniis tantum; sensim magis explicantur folia et distant, praesertim in femineo frutice eo tempore, quo maturescunt capsulae; demum in foliosis ramulis maxima adparent, pollicem transuersum lata et ulterius longa verticaliter ouata vel oblonga, cum breui acumine, vtrinque fere concolora, inferius tamen distinctius venosa; margine vndique ferrata: ferraturis sinuatis; petiolo longiori, femunciali saepius instructa et stipulis trapeziformibus subrotundis ferratis.

OBS. Dubius nomen linnaeanum, eiusque synonyma adduco. Si *Fig. 6. Tab. 7. Fl. Lapon.* hanc salicem exhibere debet, certe pictor inculpandus, qui amenta (eodem tempore, quo maturescunt capsulae, videntur depicta) iusto breviora, pedunculum autem nimis longum depinxit. Neque florum amenta caerulea cum caesis filamentis in descriptione illius l. c. neque foliorum rigiditas in meam salicem quadrant, omnium vero minime germen villis albis vestitum, quod mihi glaberrimum. Folia ad iustam et integram magnitudinem peruenta non male *fig. e. Tab. 8.* exprimit (huius icon ad sal. arbusculam refertur), at in descriptione amenta tantum 4. linearum longitudinem aequare a b. LINNAEO dicuntur. Descriptio b. HALLERI l. c. quam proxime huic respondet, et forsitan ratione aetatis nonnullae differrunt sal. *Fl. Lapp. n. 352. 356. et 360.* Myrtilloidem mallet hanc vocare, quam Sal. myrtilloid. LINN., cui folia integerrima. De-

picta exemplaria debeo liberalitati et benevolentiae rev. FRANC. XAV. a
WVLFEN.

12.

SALIX HERBACEA.

Tab. XX. fig. 1—4.

Salix herbacea; foliis ferratis glabris orbiculatis. *Syst. Veg. Ed. 14. p. 879. n. 16.*
Syst. Pl. 4. p. 228. n. 15. Fl. Suec. 2. n. 887. ROY. Lugdb. 82. GVN. Norv. p. 51.
n. III. IACQ. Vind. 296. GOVAN. Ill. 77. PALL. Il. 3. p. 33. LIGHTF. Fl. Scot.
600. RETZ. Prodr. n. 1090. HVDS. Fl. Angl. Ed. 2. p. 427. ALLION. Pedemont.
1967.

Salix foliis orbiculatis, ferratis glabris, iulis paucifloris. HALL. Hist. n. 1649.
Emend. III. n. 98.

Salix saxatilis minima. BAVH. Pin. 474. Prodr. 159.

Salix alpina Betulae nanae folio glabro, repens. RVDE. lap. 100.

Salix alpina Alni rotundo folio repens. TOURNEF. 591. DELAMAREK. Fl. Franc.
var. β. sal. retuf. 229.

Salix alpina minima, lucida, repens, Alni rotundi folio. BOCC. Mus. di piant. 2. p. 29.

Salix alpina Alni rotundo folio, repens ibid. Tab. 1. Fig. ult. RAI. suppl. 12. Angl. 3.
p. 448. SCHEVCHZ. II. 11. p. 140.

Pyrola mariana, subrotundo vlni folio glabro. PLVK. phyt. 436. Fig. 7.

Herba facie Pyrolae. MARTINS Reise nach Spitzbergen, p. 47. Tab. 5. ad B.

LINN. Fl. Lapp. 355. Tab. 7. Fig. 3. 4. Tab. 8. Fig. b. Fl. Dan. Tab. 117.

Krautartige Weide. LINN. Pfl. Syst. 4. p. 557. SVCKOW Anfangsgründe der Bot.
2. 41.

Herbaceous Willow, the left Willow. Anglis.

Habitat in alpihus Lapponiae, Heluetiae, Germaniae.

Floret Julio, Augusto; Capsulae maturefcunt eodem mense.

DESCRPTIO.

Minima ARBVS CVLA aliquot digitos alta, crassa fatis radice, caule pollicis
transuerfi altitudine, cortice fusco glabro obducto; fibrillas (3—5) superius ra-
muli emittunt, pollicares erecti, conferti, alterni, irregulares nodosi, radican-
tes, superius geniculati, cortice cinereo vel fusco tecti.

GEMMA

GEMMA amentacea univaluis: valuula parua ouata vel oualis, subfusca aut nigricans, glabra, vno latere vel apice dehiscens, lineae marginales nullae; exitus subconuexa, apice leniter compressa, intus concolor. Flores et Folia includens.

GEMMA foliacea univaluis: valuula minima hinc inde sparsa, ramulo concolor, integerrima subconuexa, ouata vel oblonga glabra. *Foliatio* imbricata, foliolis (3—4) glabris, petiolis pilosis.

AMENTA mascula terminalia 2—3 in eodem fruticulo, erecta oblonga, aliquot lineas longa tenuissime villosa, pauciflora, pedunculata: pedunculo filiformi longitudine amenti, pubescente, vno vel altero foliolo maximo orbiculari, subrotundo, herbaceo, apice saepius emarginato margine subtiliter serrato, glabro erecto, persistenti cincto, petiolus foliorum, quae cum amentis sed citius explicantur sat longus, pubescens ac teres et superius canaliculatus. Foliolum paruum ouato-lanceolatum colore squamularum saepius obtegit amenta (*). *Squamae* (6—8) laxius imbricatae, remotae, ouatae vel oblongae, obtusae et rotundatae apice, subconuexae et inuolutae, breuissime villosae margine, e luteo virescentes (f). *Stamina* plerumque duo; filamenta erecta, filiformia, longitudine aequali basi connata, squama longiora; antherae minimae rotundae didymae, flavae. *Nectarium anterius* (*) sat magnum subulatum teretiufculum, viridescens, basi filamentorum sessile; *posterius* cum priori connatum lineare compressum breuius paululum concolor, in squamulae cauitate sessile (g).

AMENTA feminea terminalia 2—3 in eodem fruticulo viridescencia, breviora masculis, pedunculata: pedunculo filiformi longitudine amenti, villosa; foliis (2—3) vt in masculis amentis subrotundis vel ouatis, magnis herbaceis margine circumferratis, basi saepius emarginatis venosis, persistentibus et petiolatis cincto: petiolo femitereti ac pubescente. *Squamae* (3—6) imbricatae, ouatae truncatae, e viridi albescentes, demum fuscae, apice breuissime villosae, subconuexae, germi adpressae (b). *Germen* oblongum, subcompressum glabrum, pallide virescens, breuissime pedicellatum (c); stylus breuissimus; stigmata duo, bifida reflexa flauescencia. *Nectarium anterius* basi germinis sessile subouatum, compressum truncatum e luteo virescens (d); *posterius* cum anteriori connatum paruum lineare (e), inter haec germinis pedunculus. *Capsula* ouato-oblonga glabra rufescens, subcompressa, unilocularis bivaluis: valuulis reflexis (l). *Pappus* splendens rectus. *Semina* linearia basi pappo cincta (m).

FOLIA vel cum amentis vel ex propriis gemmis explicata, orbiculata, subrotunda et ovata fasciculata, quatuor vel quinque in caule, margine tenuissime et vix manifeste et acute serrata, maxima circiter pollicis diametro; pellucida, apice obtusa, vel emarginata rarius cordata; glabra venosa, neruo medio subtus prominente, lateralibus pone basin folii concurrentibus; petiolata: petiolo femitereti canaliculato pubescente, in quibusdam iunioribus caulescente longo ac pellucido. *Stipulae et glandulae nullae.*

Obs. Ramuli annui recti, compressi ac teneri apice folium unum alterum gerentes (**). Haec salix omnium minima arbuscula, et fruticulus quasi subterraneus, qui apicibus ramulorum modo e terra emergit, frigoris veluti impatiens. B. a LINNE in *Fl. Lapp.* folia maris et feminae manifeste differre et priora orbiculata quidem et latiora, apice parum emarginata dixit, posteriora vero magis cordata esse nec emarginata. Haec salix vix herbacea dici potest, sed durus fruticulus. Partes fructificationis in humillima planta ex maximis. Capsulam unam alteramue maturat. Pabulum praebet equis et pecoribus optimum ac gratissimum. Hanc salicem summa aviditate reliquis praeferre tradit GUNNERS l. c. Depictum exemplar fig. 2. palmari fere caule et foliolis crassioribus, rigidioribus, et distinctius serratis, nervis foliorum magis prominentibus, pedunculo et squama villosioribus, Lapponiae incolam debeo liberalitati *cel. EHRHART*; reliqua Fig. 1—4 in summis alpinis carinthiacis stadnizensibus, Winterthal et Eifenhut collecta benigne mecum communicavit summe reuerendus pater FRANC. XAV. a WULFEN.

H I S T O R I A
S A L I C U M

ICONIBUS ILLUSTRATA

A

GEORGIO FRANCISCO HOFFMANN

M. D.

VOLUM. II. FASCICULUS I.

LIPSIAE

IMPENSIS SIEGFRIED LEBRECHT CRUSIL

c1813ccxci.

LIBRARY OF THE
MUSEUM OF COMPARATIVE ZOOLOGY
HARVARD UNIVERSITY

L. B.

Tabula in ferie trigesima sequenti fasciculo continetur.

PLATE I
CONTAINING THE
DESCRIPTION OF THE
SPECIES

SALIX RETICULATA.

Tab. XXV. Fig. 1—3. Tab. XXVI. Fig. 1—3. Tab. XXVII.

Salix reticulata; foliis integerrimis glabris ovatis obtusis. *Syst. veget. Ed. 14. p. 879. n. 18. Syst. Pl. 4. p. 229. Fl. Suec. 2. n. 888. GUNN. Noru. p. 51. n. 110. JACQ. Vind. 296. GOUAN. Ill. 77. LIGHTE. Fl. Scot. 601. RETZ. Prodr. n. 1091. HUDS. Fl. Angl. Ed. 2. p. 428. LAMARK Fl. Franc. 2. p. 223. ALLION. Pedemont. 1967.*

Salix foliis rotundis integerrimis, subtus tomentosis, julis gracilibus longe petiolatis. HALL. *Hist. n. 1650.*

Salix pumila folio rotundo. BAUH. *hist. 1. p. 12. TOURNEF. 590. SCHEUCHZ. It. alp. 1. p. 43. IV. p. 340. RAJ. syn. 449. hist. 1423.*

Salix foliis integris glabris ovatis subtus reticulatis. *Fl. Lapp. 359. Tab. 7. Fig. 1—2. Tab. 8. Fig. 1. Fl. Dan. Tab. 212.*

Netzartige Weide. LINN. *Pfl. Syst.* 4. p. 558. SUCKOW *Anfangsgr. der Bot.* 2. 42.

Wrinkled Willow. *Anglis.*

Saule reticulé. *Gall.*

Habitat in alpinis Lappon. Heluet. Suec. Norveg. Gall. Ital. Angl. Dan. Germaniae, Tirol. Sty. Auftr. etc.

Floret Maio, Iulio.

DESCRIPTIO.

Vix humo se attollit palmaris vel digitalis *arbuscula* prostrata. Caulis pollicis vel digiti altitudine, cortice ex rufo fusco, vel cinereo inaequali geniculato obductus, ramuli perpauci confimiles, magnam partem nudi; radix satis crassa obliqua nodosa, ex fusco nigricans, fibrillis longis praedita.

GEMMA *amentacea* vniualuis: valuula magna ouata glabra, emarginata apice subconuexa rufescens ex fusco, plerumque tria folia cum amento includens, apice et latere demum fissi.

GEMMA *foliacea* vniualuis: valuula priori minor rufescens exterius, interne glabra sine venis, colore ceterum vt et structura non dissimilis.


AMENTA *mascula* plerumque simplicia terminalia, oblonga, vncialia subuilloso, longe pedunculata: pedunculo gracili flexuoso, sensim superiora versus crassiori pubescente; folia in eodem ramulo cum pedunculo tria, rarius duo alternatim posita, subrotunda, orbiculata emarginata vel oblonga, petiolata: petiolo

tiolo rubello canaliculato; integerrima, saturate viridia crassa rugosa venosa, superne venis quasi excavatis, subtus exstantibus cum nervis rubellis reticulata, glauca; in junioribus ad nervos et marginem pilosa sericea. *Squamae* laxae imbricatae obovatae concavae obtusae et rotundatae apice, basi contractae, brevi hirsutiae obductae, incarnati vel dilutioris rufo-fusci coloris basin versus. *Stamina* plerumque duo, debilia, erecta, demum recurva, aequali longitudine, basi contigua pubescentia, squama longiora; antherae parvae rotundae didymae ex incarnato flavescentes. *Nectarium* duplex: anterius crassiusculum ex oblongo attenuatum, viridi-flavescens, basi filamentorum sessile; posterius lineare, gracilescens, concolor intra squamam sessile.

AMENTA feminea terminalia simplicia, rarius duo in eodem ramulo, aequali latitudine, teretia, masculis sensim longiora, pedunculata: pedunculo longissimo tereti, superiora versus sensim crassiori, purpurascens, pubescente; foliis 3-2, ut in masculis amentis cincto, ovatis, apice rotundatis vel in oblongum porrectis acumen, latefcentibus; integerrimis crassioribus, saturate viridibus rugoso-venosis, subtus ex caeruleo incanis reticulatis: reticulo prominente concolore, vel a petiolo purpurascens rubello, demum in viridem deficiente; petiolus purpurascens canaliculatus sensim latefscens. *Squamae* imbricatae remotae, subrotundae concauiusculae rufo-fuscae, vel demum fuscae, apice hirsutae, germi adpressae. *Germen* ex subrotundo ovatum, villosum albidum, sessile; stylus brevissimus; stigmata duo brevissima bifida, flavescentia, demum fusca. *Nectarium* basi germinis lineare planiusculum flavescens. *Capsula* ovato-oblonga albida deterfo villo ex cinereo fusca, dehiscens

vnilocularis bivaluis: valuulis reflexis. *Pappus* densus brevis. *Semina* linearia pappo cincta.

FOLIA vel ex propria vel ex amentacea Gemma, magnitudine et forma diuersa, ouata, elliptica, in mare tamen minus oblonga, obtusa, vel in oblongum acumen porrecta, crassa, rigidula, integerrima, actate glabra utrinque, superne ex atro virentia, hinc inde rubiginosa et maculata, rugoso-reticulata, albidis in quibusdam conspicuis venis, subtus plus minusue ex viridi incana, neruis et reticulo venoso prominente, rubello in viridem desinente, per actatem cum foliis demum rubiginoso; petiolus sat longus, femiteres canaliculatus purpurascens, intra angulos cum ramulo interceptos gemmas futuri anni, obovatas virescenti fuscas, continens.



S A L I X F U S C A.

Tab. XXVIII. Tab. XXIX. Fig. 1—2.

Salix fusca; foliis integerrimis, ovato-lanceolatis, subsessilibus nitidis, subtus glabris.

Salix fusca; foliis integerrimis, ovato-lanceolatis, subsessilibus nitidis, subtus primum villosis; amentis oblongo-ovatis, atro-rubentibus, albo-villosis pedunculatis. W V L F. (IAC. collect. V. II. p. 200.)

Habitat in montosis subalpinis Carinthiae.

Floret Majo.

DESCRIPTIO.

FRUTICULVS palmaris diffusus, radice crassa repente fibrosa fusca. Caudales plures ramosi prostrati nodulosi, cortice obscure rubro, vel ex fusco cinereo inaequali obducti, per intervalla frequenter iterum radicati.

GEMMA amentacea uniuersalis: valuula parua ex ovato subrotunda, glabra, apice obtusa emarginata, lineis marginalibus obsoletis, externe ventricosa, colore fusco-rubente, interne concaua nitida pallidior, venulis percursa, substantia tenuis coriacea.

GEMMA foliacea uniuersalis: valuula minor, subrotunda oblonga emarginata, conuexa, fusco-nigricans, glabra nitida, lineolae laterales obsoletae, interne color pallidior umbrinus.


AMENTA mascula terminalia, sparsa, ovato-oblonga, femuncialia, atropurpurea, albis pilis villosa, longe pedunculata: pedunculo tereti villoso, foliolis oblongis 3-5, erectis, subtus et margine tenuissime sericeis, cincto. *Squamae* imbricatae ovato-lanceolatae planiusculae, leniter concauae, apice et dorso atropurpureae subvillosae, reliqua parte diluiores, sensim virescentes.

Stamina duo; filamenta erecta filiformia, squama duplo triploue longiora, aquose rubella diaphana, basi coniuncta glabra; antherae parvae subrotundae, erectae, primum rubrae, dein ex polline flavae, demum nigricantes. *Nectarium* erectum gracile, tubuloso-cylindraceum, apice parum latefcens obtusum, ex albo subpurpurascens.

AMENTA *feminea* pauciora, sparsa, erecta ex ouato oblonga, tenuissime hirsuta, pedunculata: pedunculo tereti pubescente, sensim elongato, foliolis 3-5, ouatis, sed maioribus quam in mare cincto, erectis, subtus et margine tenuissime sericeis. *Squamae* imbricatae ouatae planiusculae, tenuissime hirsutae et rubrae maxima parte virescentes. *Germen* ex ouata basi elongato-rostratum, sessile, totum atro-purpureum glabrum, hinc inde etiam quasi tenuissime hirsutum; stylus a germinis rostro, bifidus erectus; stigmata duo obtusiuscula bifida, dilutius rubra, demum nigra. *Nectarium* lineare gracile, gemini adhaerens. *Capsula* elongato-rostrata, basi ventricosa, maturitate ex viridi pallide lutescens glabra, unilocularis bivalvis: valuulis reuolutis rufo-flauescentibus. *Pappus* densus sericeus brevis, basin feminum, oblonga et ratione parvae falicis spectabili magnitudine, cingens.

FOLIA conferta erecta aeterna, margine integerrima, vncialia ouato-lanceolata, basi et apice acutiuscula, vel apice rotundata obtusa latiora, vtrinque glabra nitidula, firma, saturate viridia, reticulato-venosa, luci obuersa reticulo transparente, neruo medio saepius dilutissime rubello, petiolus brevis glaber in neruum cardinalem subtus prominentem decurrens. Stipulae et glandulae nullae.

OBS. Depicta exemplaria debeo liberalitati et beneuolentiae s. rev. *Frauc. Xav. a Wulfen.*



SALIX DECIPIENS.

Tab. XXXI.

Salix decipiens; foliis ferratis glabris lanceolatis petiolatis: inferioribus minoribus obouatis reflexis.

Habitat in Europa ad ripas fluuiorum.

Floret Maio; capsulae maturefcunt Iunio.

DESCRIPTIO.

ARBOR vel **FRUTEX** ramosus: ramis copiosis diffusis, sparsis fragilibus, praesertim ad geniculos, cortice nitente ex viridi vel luteo subcinereo tectis.

GEMMA amentacea vniualuis: valuula ouata ventricosa apice subbifida, lineis marginalibus prominentibus et vsque ad apicem decurrentibus, glabra nitidula, colore ex castaneo fusco, interne pallidior venulis aliquot longitudinalibus percurfa. Tubercula sparsa in ea tuberositate, cui infidet gemmae valuula.

GEMMA foliacea supra et infra amenta iisque etiam interposita, vniualuis: valuula priori minor, ouata, apice frequentius integra, lineae marginales obtusiores, nitida glabra subconuexa ex castaneo fusca. *Foliatio* conuoluto-imbricata, foliolis constans 6-7 glabris margine subsericeis. *Squamae* gemmaeae 2-3, ouatae membranaceae, coloratae: fuscae vel pallido-flauescentes.

AMENTA mascula sparsa (2-5) alterna, erecta primum, dein horizontalia, flexuosa, subhirsuta, ouato-oblonga dein cylindrica apicem versus paulo angustiora, vncialia fescuncialia, pedunculata: pedunculo femunciali tereti, glabro vel tenuissime villoso, cincto foliolis 3-5: ouato-oblongis, supremo lanceolato, infimo obouato, plerisque reflexis, apice et ex fusco flauescenti, membranaceo piloso inflexo, omnibus saturate virentibus nitentibus, breuiter petiolatis. *Squamae* gemmaeae saepius foliolis vel amentis adhaerent. Amenta ex media parte primum efflorescere incipiunt. *Squamae* imbricatae ouatae, leniter concauae, pilis longis hirsutae, e lutescente virides. *Stamina* duo, rarius tria; filamenta erecta filiformia luteo-alba, basi connata, saepius tenuissime hirsutae; antherae subrotundae, didymae erectae luteae. *Nectaria* duo, quorum anterius ex ouato attenuatum breue, saepius bi-trifidum, basi tamen latefcens,

tescens, subviride, posterius brevius gracile, in cavitate squamae sessile, cum anteriori etiam cohaerens et concolor.

Amenta feminea etiam sparsa, numerosiora tamen in ramulis quam mascula, alterna erecta, cylindrica, bi-triuncialia, subhirsuta, pedunculata: pedunculo semunciali, sensim longiori, subtomentoso tereti, foliolis 4-5, ovato-oblongis erectis, sensim latioribus instructo: supremum lanceolatum, infimum obouatum reflexum, apice subfuscum vel lutescens inflexum pilosum, reliquis pedunculatis persistentibus. *Squamae* imbricatae ex ovato oblongae, pilis longihirsutae, e luteo virescentes, concaviusculae. *Germen* ex ovato attenuatum virescens, pedunculatum; stylus a germine vix distinctus, medio depressus; stigmata quatuor obtusa lutea. *Nectarium* simplex breue truncatum obtusum, pedunculo germinis insidens, basi virescens, apice lutescens. *Capsula* ex ovato oblonga acuminata, pedunculata, maturitate e viridi lutescens vel subfusca, unilocularis bivalvis: valvulis reclinatis, reflexis. *Pappus* longus sericeus, basi feminis lanceolati sessilis.

Obs. Nomine *Sal. fragilis* L. diuersae species occurrunt, quae in eo quidem omnes conueniunt, quod ramuli digito concussi ad genicula annotina diffiliant, sed efflorescentia, foliis aliisque notis longe iterum discrepant. Decipientem hanc dixi, quia facile, cum specie valde consimili (*Sal. bigemmis*) permixta, obseruatorem minus curiosum ac circumspectum decipiat. Foliorum huius vt et prioris diuersitas in descriptione illius melius patebit.



EXPLICATIO TABULARVM

TAB. XXV.

SALIX RETICVLATA.

- Fig. 1. Mascula arbuscula, cum amento et foliis amentaceis tribus.
Fig. 2. Mascula arbuscula, cum amento et foliis amentaceis duobus.
 a. Squama cum nectariis et staminibus ab anteriori et naturali situ
 conspicua et lente vitrea aucta; eadem
 b. a posteriori conuexa parte; in
 c. staminibus exentis, nectario anteriori, ac posteriori nunc melius
 obseruandis.
 d. Stamina annexo anteriori nectario, e iuuenili squama.
Fig. 3. Mascula arbuscula, in qua praesertim folia duo amentacea, singulari
 rotunditate et magnitudine.

TAB. XXVI.

SALIX RETICVLATA.

- Fig. 1. Feminea arbuscula, cum foliis amentaceis adhuc sericeis et amentis e
 gemma erumpentibus, quae
Fig. 2. penitus explicata conspiciuntur.
Fig. 3. Arbuscula cum amento maturescente.
 a. b. Squama cum germine a posteriori conuexa facie.
 c. Germen ab anteriori cum nectario, naturali et aucta forma.

TAB. XXVII.

SALIX RETICVLATA.

Arbuscula foliis et capsulis penitus explicatis.

- a. Capsula integra.
- b. Capsula fissa.
- c. Pappus cum femine, naturali forma.

TAB. XXVIII.

SALIX FVSCA.

Arbuscula mascula.

- a. Squama cum nectario et staminibus naturali et
- b. aucta forma.

TAB. XXIX.

SALIX FVSCA.

Fig. 1. Arbuscula femina

- a. Squama cum germine et nectario,
- b. ab anteriori conspecta.
- c. aliud germen provectioris aetatis. Aucta magnitudine.

Fig. 2. Ramulus cum maturefcentibus amentis.

TAB. XXXI.

SALIX DECIPIENS.

Maris et feminae florentis ramus, inter eos, particula abscissa, amentis adhuc gemmae valuulis, ac squamis gemmaceis tectis. Squamae femineae cum germine aucta figura, et masculae cum staminibus, etiam naturali forma depictae.



Fig. 1.



Fig. 3.



Fig. 2.




Fig. 1.



Fig. 2.





Fig. 1.



Fig. 2.






Fig. 1.



Fig. 2.






Fig. 1.

Fig. 2.



Fig. 3.

Fig. 4.




Fig. 1.

Fig. 2.








Fig. 1.














Fig. 3.

Fig. 4.





Fig. 1.






Fig. 2.

Fig. 3.






Fig. 1.



Fig. 2.





Fig. 3.



Fig. 4.






Fig. 1.

Fig. 2.



Autor delin.

I Nysbiegel sc.




Fig. 3.

Fig. 4.






Fig. 1.



Fig. 2.







Fig. 2.



Fig. 1.





Tab. XIX.



Autor del.

J. N. Vogel sc.




Fig. 1.



Fig. 2.



Fig. 3.



Fig. 4.






Fig. 2.



Fig. 1.






Fig. 1.



Fig. 2.



1851



Fig. 1.

Fig. 2.





Fig. 1.



Fig. 3.



Fig. 2.






Fig. 1.



Fig. 2.



Fig. 3.



1852






Fig. 1.




Fig. 2.



Fig. 3.



1875




Tab. XXVII.



Autor del.

J. N. S. Biegel sc.



Tab. XXVIII.



Autor del.

J. Nupsbiegel sc.

WILLIAM





Fig. 1.

Fig. 2.





Tab. XXXI.



Caprea folio. 179

